ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXXV, Pars I

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M.DCCCCLXXXIII

1

An. et vol. LXXV 7 Ianuarii 1983 Pars I, N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SAMOA - PAGOPAGENSIS

Regio civili ratione « Samoa Americana » appellata a dioecesi Samoana et Tokelauna seiungitur et nova dioecesis conditur nomine Samoa-Pagopagensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Studiose quidem Nos ea universa provehentes, quae Christiano nomini per terrarum orbem disseminando proficere videntur, minime cunctamur simile sancire consilium ad Insularum Samoanarum evangelizationem pertinens. Cum enim Venerabiles Fratres Nostri S. E. E. Cardinales negotiis praepositi Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione arbitrati sint, omnibus ante auditis quorum interfuit, aptius posse pastorali curae hominum eisdem in insulis degentium prospici si nova ibidem excitata esset ecclesiastica dicio, Nos in ipsam illam euntes sententiam decernimus atque constituimus id quod sequitur de apostolicae potestatis Nostrae plenitudine harumque litterarum virtute. Seiungentes regionem civili ratione appellatam Samoam Americanam ab hodierna dioecesi Samoana et Tokelauna condimus iure dioecesim *Sa-*

moa-Pagopagensem in posterum dictitandam ex nomine loci vulgo Pago Pago, ubi nempe collocata est civilis provinciae rectio, volumusque sic institutam dioecesim suffraganeam esse Metropolitanae Sedi Samoa-Apianae atque episcopalem Cathedram defigi in aede Sacratissimo Cordi Iesu dicata. Permittimus praeterea ut pro Canonicorum Capitulo interea adhibeantur Consultores dioecesani secundum statutas normas delecti. Ad huius autem communitatis ecclesialis Samoa-Pagopagensis maiorem praestandam stabilitatem mandamus ut iuvenum institutio recta, in spem videlicet Ecclesiae succrescentium, peragatur apud Seminarium Regionale maius Sancti Petri Aloisii Chanel in Archidioecesi Suvana. Pertinebit dioecesis Praesul ad Conferentiam Episcopalem Oceani Pacifici et Regionale Tribunal item archidioecesis Suvanae erit secundae instantiae Tribunal huius novellae ecclesiae. Praecipimus demum ut singula, quae hic fieri iussimus, plenum ad effectum adducantur a Venerabili Fratre Antonio Magnoni, Archiepiscopo titulo Bosetano Delegatoque Apostolico in Oceani Pacifici Insulis, aut a viro in dignitate ecclesiastica constituto quem ipse vicissim delegaverit, dummodo curet certa ac vera omnium de exsecutione documentorum exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione transmittenda. Hasce porro Litteras Apostolicas tam nunc quam in posterum tempus ratas validasque esse volumus contrariis quibusvis haudquaquam obstantibus rebus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*
Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 95655.

II
SAMOA - APIANAE ET TOKELAUNAE

In Polynesiae partibus nova Provincia ecclesiastica Samoa-Apiana et Tokelauna conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maiorem ad utilitatem spiritalem spectantes Christifidelium ipsorum Insulas Samoanas et Tokelaunas in Polynesiae partibus incolentium Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Patres negotiis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione praepositi, prius quidem auditis omnium quorum intererat rebusque cunctis mature expensis, suaserunt ut Dioecesis Samoana et Tokelauna a provincia ecclesiastica Suvana amoveretur utque pars eiusdem Dioecesis, quam Statum sui iuris Samoam Occidentalem appellant et cuius urbs princeps Apia dicitur, una cum Insulis Tokelaunis sub ditione civili Novae Zelandiae positis, ad gradum et dignitatem Ecclesiae Metropolitanae eveheretur, addito titulo Tokelauna, ita ut nova provincia ecclesiastica conderetur quae consisteret ex ipsa Archidioecesi Metropolitana Samoa-Apiana et Tokelauna necnon ex nova Dioecesi Samoa-Pagopagensi tamquam suffraganea. Nos vero, qui plane perspeximus felicia illarum communitatum ecclesialium incrementa certissimumque florem, concedere decernimus his eorum consiliis ac precibus Nobis adhibitis, dum ea singula quae sequuntur de plenitudine Apostolicae potestatis Nostrae per hasce litteras constituimus fieri quae omnino iubemus. Cathedralem Ecclesiam, quam memoravimus Samoanam et Tokelaunam, nunc ad Ecclesiae metropolitanae honorem extollimus cuius nomen simul convertimus in Archidioecesim Metropolitanam *Samoa-Apianam* et *Tokelaunam* et iura ei ac privilegia conferimus quae secundum legem communem universarum huius generis Ecclesiarum sunt propria. Uno autem eodemque tempore ecclesiasticam Provinciam sic ex integro illis in locis constituimus ut constet duabus ex modo memoratis communitatibus quae scilicet sunt archidioecesis Samoa-Apiana et Tokelauna necnon dioecesis Samoa-Pagopagensis. Ipsum pariter pro tempore Antistitem Samoanum et Tokelaunum, Venerabilem Fratrem Nostrum Pium S. R. E. Cardinalem Taofìnu'u, titulo honestamus perpetuo

Metropolitae iuribusque cumulamus et privilegiis quibus reliqui per orbem catholicum Metropolitae ad ecclesiasticas normas fruuntur, quorum tamen et oneribus et officiis eum ipsum adstringimus primum videlicet Archiepiscopum Metropolitam Samoanum-Apianum et Tokelaunum. Praesules novae illius Provinciae ecclesiasticae ad Conferentiam iure pertinebunt Episcoporum Oceani Pacifici; praeterea ad pertractandas causas nullitatis matrimonii in Archidioecesi hac Samoa-Apiana et Tokelauna et in Dioecesi Samoa-Pagopagensi adhibebitur veluti Tribunal secundae instantiae Tribunal Regionale in Archidioecesi Suvana a Praesulibus commemoratae modo Conferentiae Episcopalis erectum, servato tamen iure recurrendi ad Sacram Romanam Rotam secundum Canones Sacros. Sinimus insuper ut ob locorum temporumque adiuncta pro Metropolitano Canonicorum Capitulo Consultores archidioecesani ad normam iuris eligantur atque usurpentur. Ad novae vero Archidioecesis stabilitatem tuto certoque praestandam volumus ut pro iuvenum institutione in spem Ecclesiae succrescentium adeatur Seminarium Regionale maius Sancti Petri Aloisii Chanel in Archidioecesi Suvana vigens sub ipsa moderatione Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione. Quae demum hic praestituimus, ad effectum ea omnia adducantur a Venerabili Fratre Antonio Magnoni, Archiepiscopo nempe titulo Bosetano atque Apostolico Delegato in Oceani Pacifici Insulis; a quo praecipimus ut rerum exsecutione peracta exaranda curet actorum eorundem documenta quorum sincera ac vera exempla transmittat ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione. Has porro Litteras Apostolicas tam nunc quam in tempus posterum ratas esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 98257.

III

PORTUS VETERIS

In Brasilia nova Provincia Ecclesiastica constituitur, nomine Portus Veteris, cuius caput eadem Sedes Portus Veteris designatur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui beati Petri successores munus suscepimus confirmandae, proferendae ac propagandae Ecclesiae, nihil sane omittimus, quo officium Nostrum apostolicum pie sancteque tueamur ; ad quam rem autem etiam exteriorem Ecclesiae faciem, rectam finium dispositionem, aequiorem dioecesium distributionem nonnihil conferre posse, iam nullus est qui non videat. Qua re, cum Venerabilibus Fratribus Episcopis e Conferentia episcopali Brasiliensi Regionis Septemtrionalis I visum esset bene fieri si, divisa Provincia ecclesiastica Manaënsi latius patente, nova constitueretur, Nos, sententia audita Venerabilis Fratris Carmeli Rocco b. m., Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia, vita functi atque tunc in Brasilia apostolici Nuntii, consilioque petito a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus qui Sacrae Congregationi praesunt pro Episcopis, haec decernimus. Novam Provinciam ecclesiasticam in Brasilia condimus, quae his Ecclesiis coalescet : Portus Veteris, quam quidem a iurisdictione Archiepiscopi Manaënsis eximimus, Guaiaramirensi, quam a Cuiabensi Sede seiungimus, Humaitanensi, Labreana et Rondoniensi, quas item a metropolitana Sede Manaënsi separamus. Harum autem dioecesis *Portus Veteris* metropolitana erit, cum iuribus talium Ecclesiarum, ceterae vero suffraganeae ad normam iuris Canonici. Praeterea Antistitem pro tempore Portus Veteris dignitate archiepiscopali ac gradu Metropolitae insignimus, cum iustis iuribus atque oneribus. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum ea quae iussimus Venerabilis Frater exsequetur Carolus Furno, Archiepiscopus tit. Abaritanus, atque Nuntius Apostolicus in Brasilia, vel quem ipse delegaverit, factis potestatibus necessariis, modo virum in ecclesiastica

dignitate constitutum. Re vero acta, idem documenta exaranda curet, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem mittat.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarta mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episc. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 98827.

IV

MALABOËNSIS

In Guinea Aequinoctiali sacra Hierarchia constituitur, condita Provincia Ecclesiastica Malafooënsi.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui in beati Petri similitudinem universae Ecclesiae regimini praepositi sumus, eodem etiam amore quo ille beatus Apostolus, si fieri possit, pascendo gregi quem humilitati Nostrae commisit, incumbimus: resonant enim in animo verba sancta Petro facta ad mare Tiberiadis, stupentibus mirantibusque apostolis: «Pasce agnos meos... pasce oves meas» *(Io* 21, 15-17). Cum ergo res christiana in Guinea Aequinoctiali laeta incrementa suscepisset, bene fieri censuimus, si ibi loci sacram Hierarchiam constitueremus, sive in christianae religionis auctum, sive in eorum omnium laudem qui nomen Christi studio atque labore protulerunt. Consilio ergo petito a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis, haec statuimus facienda, apostolica auctoritate suffulti. In Guinea Aequinoctiali Provinciam ecclesiasticam Malaboënsem nomine condimus, quae his Ecclesiis coalescet: Malaboènsi, Bataënsi, Ebebiyinensi, hac ipsa die constituta; quarum Ecclesiarum prima quidem metropolitana erit cum iuribus talium Sedium propriis, ceterae suffraganeae ad iuris normam. Has vero Litteras Venerabilis Frater Donatus Squicciarini exsequi curabit, vel quem ipse legaverit, factis neces-

sariis facultatibus, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re autem acta, peracti negotii documenta exarari faciet, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Propagandae Fidei cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinta decima mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Prsi&f.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab. n. 98666.

V

EBEBIYINENSIS

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Bataënsi, in Guinea Aequinoctiali, nova dioecesis conditur nomine Ebebiyinensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quem ad modum poscit profecto creditum Nobis munus primi Pastoris universi in terris Populi Dei, quam maxime quidem enitimur efficere ut spirituali eius utilitati ubique gentium penitus consulatur. Quod autem ad ipsum evangelizationis opus spectat, animum iam diligenter intendimus in Guineam Aequinoctialem ubi tantum his proximis temporibus insita fides crevit ut erigi ibidem nova possit ecclesialis communitas. Nihil enim obstare arbitramur quin rebus cunctis bene expensis ratam habeamus sententiam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione praepositorum negotiis qui in Ordinariis nuper Comitiis suis censuerint ibi novam esse condendam dioecesim. Apostolica igitur usi Nos potestate statuimus hasque per Litteras fieri iubemus quae singula sequuntur. Partem orientalem territorii dioecesis Bataënsis abstrahimus, quae circumscribitur finibus tum provinciarum civilium Vulgo ((Nkié Ntem » et « Wole Nzas » tum paroeciae œ Nkue » et loci « Akonibe » tum etiam regionum civilium vulgo ((Litoral » atque ((Cen-

tro Sur», ñrmis manentibus ceteris limitibus novamque ex eisdem locis condimus dioecesim posthac *Ebebiyinensem* nuncupandam et ipsi archidioecesi Malaboënsi suffraganeam cuius praeterea volumus episcopale cathedram in principi templo urbis Ebebiyinensis collocari. Simul decernimus ut servatis de iure servandis, dioecesani Consultores pro Canonicis interea deligantur et adhibeantur. Mandamus insuper ut documenta omniaque acta ad novam dioecesim pertinentia rite exarentur et certa eorum exempla de more signata sigilloque impressa ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione quam primum transmittantur. Quae demum hic Nos praescripsimus, et ad effectum plenum adducantur a Venerabili Fratre Donato Squicciarini, Archiepiscopo titulo Tiburniensi ac Delegato Apostolico in Guinea Aequinoctiali, vel ab alio per eum delegato presbytero, necessariis factis facultatibus. Has vero Litteras Apostolicas tam nunc quam in posterum ratas esse suosque effectus habere volumus contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quinto mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 98668.

VI

SODDENSIS - HOSANNENSIS

Praefectura Apostolica Soddensis-Hosannensis ad gradum Vicariatus Apostolici attollitur, nomine immutato.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Compertum habentes Praefecturam Apostolicam Soddensem-Hosannensem in Aethiopiae finibus Fratrum Minorum Capuccinorum curis concreditam haud parum recentioribus hisce annis in catholica religione profecisse, hac dé causa non dubitamus quin audiendae sint preces

Nobis adhibitae ad impetrandum ut ad Vicariatus Apostolici gradum ac dignitatem ea eveheretur. Quamobrem, cum constet Venerabiles Fratres Nostros Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositos rem mature perpendisse quorumque interesset vota audivisse, ratam eorum sententiam habemus deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hisce Litteris memoratam Praefecturam Apostolicam Soddensem-Hosannensem ad honorem et gradum Vicariatus Apostolici attollimus, eodem quidem nomine appellandi iisdemque finibus circumscribendi, quibus Praefectura ad hunc usque diem continebatur, necnon iura et privilegia ei tribuimus omnis Vicariatus Apostolici propria, simul sperantes fore ut ex huiusmodi elevatione res catholica ibi incrementa vel maiora in futurum tempus capiat per memoratos Fratres Minores Capuçcinos studiose alacriterque ibidem adlaborantes meritaque laude dignos. Ceterum censemus haec a Nobis hisce Litteris statuta ad effectum suo tempore adducenda esse ab ipso Venerabili Fratre munere Pro-Nuntii Apostolici apud Civitatem Aetiopiae fungenti, vel a sacerdote quem ipse delegaverit, factis nempe iuribus atque potestatibus ad negotium explicandum necessariis. Iubemus denique ut, re rite acta, certa veraque documentorum exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide transmittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto decimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis' Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £B **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 98998.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Andreae Bessette honores Beatorum deferuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Patet e divinis Litteris (cfr. *Lc* 10, 21; *1 Cor* 1, 27) peculiari amore pauperes et humiles, seu parvulos, a Deo diligi et spiritualibus repleri favoribus, ideoque expeditius quam ceteros consequi sanctitatem. Hoc profecto factum esse videmus in Servo Dei Andrea Bessette, Congregationis a Sancta Cruce sodali. Alfredus Bessette, postea in religione Andreas appellatus, ortus est die 9 mensis Augusti anno 1845, in pago Canadiensi Saint-Grégoire d'Iberville, tunc intra fines posito dioecesis Marianopolitanae, duodecim filiorum octavus coniugum Isaac Bessette et Chlothildis Foisy. Prima ab infantia est christiana educatione imbutus in familia externorum quidem bonorum indigenti, sed virtutibus opulenta. Novem annos natus patrem amisit, duodecim vero matrem. Hinc a matertera benigne receptus. Primum ad cenam Dominicam est admissus anno 1857, et insequenti est sacro chrismate confirmatus. Exinde frequenter ad Ecclesiae sacramenta accessit, ut interiorem suam aleret et roboraret vitam. Solitudinis amans, cogitationes in divinis veritatibus saepissime defigebat eratque religionibus deditus, et singulari studio sanctum Ioseph prosequebatur. Eiusmodi fultus caelestibus subsidiis Servus Dei asperum iter vitae ingredi coepit; namque illitteratus et indoctus, quippe cum ne elementarias quidem scholas rite frequentare potuisset, et ad aegrotandum proclivis, in varia debuit incumbere opera fabrilia, ut victum sibi quaereret et materterae esset adiumento. Duodeviginti erat annorum, cum in Americae Septemtrionalis Foederatas Civitates se contulit, ubi in textrinis laboravit. Post aliquot annos in patriam reversus, in consilium adhibito pio loci parocho, petivit ut inter Fratres Congregationis a Sancta Cruce reciperetur. Exaudita petitione, die 27 mensis Decembris anno 1870 vestem religiosam induit. Quoniam autem valetudine minus commoda utebatur, Congregationis moderatores dubii erant num eum ad profitenda vota admitterent, veriti ne eam ob causam aliquid molestiae afferret novae Communitati. Sed hac dubitatione a magistro novitiorum sublata, qui affirmaverat Servum

Dei, etsi ad laborem non aptum, tamen sine dubio futurum esse orandi capacem, professionem religiosam edidit, simplicem die 22 mensis Augusti anno 1872, perpetuam die 2 mensis Februarii anno 1874. Inde concredito sibi munere ianitoris Collegii Dominae Nostrae apud Côte-des-Neiges prope Marianopolim est functus quadraginta circiter annos, per quos omnium christianarum virtutum praebuit specimina. Sed alia quoque obiit munia, uti aegrorum ministri, tonsoris, hortulani, lampadarum accensoris. Interim, dum suam augebat erga sanctum Ioseph pietatem, quem non- multis ante annis Summus Pontifex Pius IX universae Ecclesiae Patronum declaraverat, ad eandem colendam alios vehementer hortabatur, imprimis aegrotos, scholarum alumnos horumque parentes. Quoniam vero per sanctum Ioseph multae fiebant sanationes, Andreas paulatim innotuit non tantum ut eius pietatis fautor, sed etiam ut miraculorum auctor : unde innumeri fideles ad cellam Servi Dei conveniebant, sive ut sanarentur, sive ut consilia peterent atque caelestes favores. Anno 1904 Famulus Dei a suis moderatoribus veniam obtinuit aedificandi in Monte Regali sacellum sancto Ioseph dicandum, quod brevi factum maximum templum sancto illi sacrum et notum nomine Oratorii sancti Ioseph apud Montem Regalem, est a Summo Pontifice Pio XII titulo et dignitate Basilicae Minoris decoratum. Anno igitur 1909 Servus Dei est illi Oratorio addictus, ubi per reliquos vitae suae undetriginta annos, sicut antea se totum pauperibus, infirmis et afflictis solandis et levandis dedidit, cum humaniter excipiendo, tum invisendo. Inde eius fama fines Canadiae est praetergressa, et ingentes peregrinorum multitudines ad sanctuarium sancti Ioseph undique concurrebant. Iam amplius annum et nonaginta annos natus Servus Dei, qui per totum vitae spatium variis laboraverat infirmitatibus, die 27 mensis Decembris anno 1936, cum decubuisset, est in valetudinarium Domine Nostrae a Spe prope arcem Sanctum Laurentium translatus ; in quo Ecclesiae sacramentis munitus die 6 mensis Ianuarii anno 1937 pientissime obiit. Eius exuviae sunt in crypta Oratorii sancti Ioseph tumulata, ubi continuo a fidelibus adhuc visitantur, gratias a Deo per eius Servum implorantibus. Simplex eius sepulcri titulus : ((Pauper, servus et humilis)), paucis optime describit praecipuas sanctitatis eius proprietates.

Increbrescente autem eius fama sanctitatis et multiplicatis signis eius intercessioni tributis, processus ordinarii apud Curiam Marianopolitanam anno 1941 instrui coepti sunt, et per rogatorias etiam in Curiis Sancti Hyacinthi, Providentiensi et Ottaviensi, quorum acta sunt Romam transmissa. Deinde de eius virtutibus sueto more est

tractatum, quas heroum in modum eum exercuisse edixit Antecessor Noster Paulus VI Decreto die 12 mensis Iunii anno 1978 lato. Ad miracula quod attinet, una e sanationibus, quae eodem Servo Dei intercedente divinitus patratae dicebantur, proposita est : sanatio videlicet Iosephi Audino, f abri aedilicii, unum et quinquagesimum annum agentis, qui ex Italia in Americam Septemtrionalem migraverat. Is enim invocato nomine Venerabilis Andreae Bessette, inopinato ac perfecte sanatus est a gravissimo morbo ((reticolo -sarcoma » appellato, qui ad quartum gradum pervenerat. Quam sanationem verum fuisse miraculum Ipsi declaravimus per Decretum die 27 mensis Novembris anno 1981 promulgatum. A lege autem alterius miraculi exhibendi, cognita fama signorum Servo Dei tributorum, actores exemimus. Quibus omnibus actis dies est statutus ad celebrandam sollemnem beatificationem tum eius, tum Petri Donders, Mariae Annae Rivier, Mariae Rosae Durocher, Mariae Angelae Astorch. Hoc igitur mane, in area ante Petrianam Basilicam patente, hanc sumus inter sacra formulam elocuti : « Nos vota Fratrum Nostrorum Ioannis Bluyssen, episcopi Buscoducensis, Ioannis Her mil, episcopi Vivariensis, Pauli Grégoire, archiepiscopi Marianopolitani, Francisci Xaverii Azagra -Labiano, episcopi Carthaginensis in Hispania, necnon plurium aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Petrus Donders, Maria Anna Rivier, Maria Rosa Durocher, Maria Angela Astorch, *Andreas Bessette,* Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Petri Donders, die decima quarta Ianuarii, Beatae Mariae Annae Rivier, die tertia Februarii, Beatae Mariae Rosae Durocher, die sexta Octobris, Beatae Mariae Angelae Astorch, die secunda Decembris, Beati Andreae Bessette, die sexta Ianuarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Habita deinde oratione consueta de uniuscuiusque Beati vita et virtutibus eos venerati sumus et summa religione primi invocavimus. Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Maii, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £g Sigilli

In Mbret. Status tab., n. 94957.

II

In Italia templum cathedrale Calliense, Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae sacrum, ad honorem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quaecumque Domus Dei decorem Nobis augere videntur, ea libenti animo studemus comparare. Quoniam igitur Venerabilis Frater Constantius Micci, Episcopus Fanensis, Forosemproniensis, Calliensis et Pergulanus, litteris datis die xvui mensis Septembris superioris anni, cleri populique sui etiam nomine ab hac Apostolica Sede petivit ut cathedrale templum Calliense, Beatae Mariae Virgini in caelum Assumptae dicatum, ad gradum Basilicae Minoris eveheretur, Nos admotae expostulationi plane concedendum esse putamus, ratione praesertim habita tum istius sacrae aedis vetustatis, tum pietatis fidelium qua ibi Deum, gloriosam semper Virginem Mariam et Sanctos caelites pie colunt. Iis ergo probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, facta a Nobis potestate, hac de re gesserit, Apostolica Nostra auctoritate usi, cathedrale templum Calliense, de quo sermo fuit, ad Basilicae Minoris dignitatem tollimus, cum iuribus atque privilegiis rite competentibus iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII editum, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIV mensis Septembris, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £ß Sigilli
In Secret. Status tab., n. 95401.

III

Sancta Rita de Cascia oppidi ac municipii « Viçosa », intra fines archidioecesis Marianensis in Brasilia, Patrona principalis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum denique cultus Sanctae Ritae de Cascia contulerit Christifidelium pietati inflammandae fideique sustentandae intra fines Archidioecesis Marianensis in Brasilia, tum id ostendit quod singulari nuper honore ac studio omnium com-

memoratus est centesimus et quinquagesimus annus a condita paroecia ei sacra in oppido publice dicto «Viçosa», tum etiam quod eodem fere tempore parochi utriusque paroeciae ea in urbe una cum sacerdotibus ac religiosis carmelitanis ibidem degentibus, immo et ipsae auctoritates civiles cum praesidibus consociationum illic religiosarum una mente voceque una sibi poposcerunt velut Patronam oppidi ac totius municipii Viçosa ipsam Sanctam Ritam de Cascia, quippe quam summa universi religione diutissime venerarentur adspectabili cum vitae effectu et spiritali fructu. Cum ergo Venerabilis Frater Ansgarius de Oliveira, Archiepiscopus Marianensis, suo ipsius nomine atque memoratorum fidelium preces Nobis exhibuerit ut Sanctam Ritam de Cascia oppidi ac municipii Viçosa Patronam principalem constitueremus et declararemus, Nos rebus optime reputatis atque eis omnibus confirmatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino facta a Nobis potestate iam egerit, id quod expetitum est quam libentissimo animo concedimus cum iuribus et privilegiis, quae huius generis Patronis caelestibus congruunt secundum Instructionem «de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis» sub numero 30 aliasque approbatas normas, quibusvis rebus haudquaquam obstantibus. Haec vero quae fieri iussimus tum in praesens tum in posterum omnino tempus firma ac rata esse volumus, ut efficaciam suam obtineant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Octobris, anno MDCCCCLXXXIV Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 98485.

IV

Imago B. Mariae Virginis Nivalis, quae in monte « Iglizna », intra fines archidioecesis Vratislaviensis, custoditur, pretioso diademate coronatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanta Beatae Virginis Nivalis imago colatur pietate, quae in monte « Iglizna » seu Acuum custoditur, intra paroeciae Sancti Ioseph Miedzygórze fines posito et archidioecesis Vratislaviensis, catholicorum concursus optime significat, qui per aetates iam inde ab anno 1782, cum eidem Virgini est ibi ecclesia dicata, se illuc

indesinenter contulerunt, benignam dulcissimae illius Matris tutelam et efficacissimam apud Deum intercessionem impetraturi, cuius beneficia quamplurima fuisse eius templi annales describunt. Ad huiusmodi autem cultum augendum et ad debitas Dei Genetrici gratias persolvendas pro tot favoribus decursu temporis concessis, Venerabilis Frater Henricus Gulbinowicz, Archiepiscopus Metropolita Vratislaviensis, vota expromens sua, cleri et Christi fidelium, rogavit ut Nostro nomine Nostraque auctoritate imago illa posset pretioso diademate coronari. Qua re Nos, collatis cum Sacra Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino consiliis, libentissime annuimus petitioni ac per has Litteras auctoritate Nostra Apostolica facultatem ei facimus ut imagini, quam nuper memoravimus, Nostro nomine pretiosam imponat coronam, praescripta de ritu et formula secutus. Ceterum Nos vehementer confidimus hoc sollemni facto tum tantae Deprecatricis, caeli terraeque Reginae, gloriam auctum iri, tum catholicae illius communitatis fidem et mores firmatum. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxviu mensis Octobris, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 98484-

HOMILIA

In Petriana basilica habita? ob decretos Beatae Margaritae Bourgeoys et Beatae Ioannae Delanoue Sanctorum caelitum honores.*

1. «Venite, vedete tutte le opere che Dio ha fatto» (Canto d'ingresso).

Celebriamo oggi ciò che lo Spirito di Dio ha realizzato in Margherita Bourgeoys e in Giovanna Delanoue, vissute circa tre secoli fa. Già il mio Predecessore Pio XII le aveva dichiarate « Beate » in base all'eroicità delle loro virtù. Iscrivendole oggi nel numero dei « Santi », con la certezza e l'autorità che caratterizzano il rito della canonizzazione, noi le proponiamo come esempio non più soltanto alle loro Diocesi di Troyes, di Angers, alla città di Saumur o alle due Congre-

*** Die 31 m. Octobris a. 1982.**

gazioni da esse fondate, ma all'insieme della Chiesa, invitando tutti i cristiani ad onorarle come Sante e a ricorrere alla loro intercessione.

Questo dunque è un giorno di gioia e di fierezza per i loro connazionali francesi e canadesi, qui rappresentati da delegazioni importanti. Li saluto tutti cordialmente. Ma questo è soprattutto un giorno di ringraziamento a Dio da parte della Chiesa universale. In questo giorno, che concide felicemente con la vigilia della Solennità di Tutti i Santi, è rafforzata la nostra speranza nella vita eterna, alla quale partecipano in Cielo Santa Margherita Bourgeoys e Santa Giovanna Delanoue, ripiene della presenza di Dio che è Amore. E la nostra vita quotidiana su questa terra è stimolata dal modo con cui esse hanno risposto alla chiamata di questo Amore. Esse lo hanno fatto in forma autentica, cioè del tutto incarnata nel contesto della loro epoca. Ciò che importa, più che imitarle alla lettera, è di imitare con esse Gesù Cristo. Ma le loro intuizioni, ispirate dallo stesso Spirito Santo, restano per noi e per il mondo d'oggi delle preziose indicazioni.

2. Pour *comprendre la vocation des deux saintes,* une première clé nous est fournie par l'Evangile de cette messe. « Marie se mit en route rapidement... salua Elisabeth... Alors Elisabeth fut remplie de l'Esprit Saint et s'écria... "l'enfant a tressailli d'allégresse*au-dedans de moi. Heureuse celle qui a cru" » !

C'est bien *l'Esprit Saint* qui a opéré un changement subit et décisif en chacune des deux nouvelles saintes, quand elles atteignaient l'âge adulte, vingt ans et vingt-sept ans, et cela dans le contexte d'une *prière à la Vierge Marie.* Pour Marguerite Bourgeoys, c'était en la fête de Notre-Dame du Rosaire, et dès lors, durant toute sa vie, la Vierge a soutenu intérieurement ses initiatives risquées : « Va, je ne t'abandonnerai pas». Si Marguerite se lance alors dans une vie missionnaire, qui sera une «vie voyagère» gravitant précisément autour de la « Ville-Marie » du nouveau monde canadien, elle imite la Vierge de la Visitation qui apportait à Elisabeth et à Jean-Baptiste, à la mère et au fils, avec les services humains de sa charité, le don divin qu'elle portait en elle, pour les sanctifier. La première chapelle qu'elle fait construire est dédiée à Notre-Dame du Bon Secours, et sa Congrégation le sera à Notre-Dame. De même, la « conversion » de Jeanne Delanoue, survenue dans le temps de Pentecôte, est inséparable du sanctuaire Notre-Dame des Ardilliers, à Saumur, dont une fervente et pauvre pèlerine, Françoise Souchet, lui transmet des exhortations

dans lesquelles Jeanne reconnaît l'appel de l'Esprit de charité. Jeanne Delanoue gardera une familiarité mystique avec la Vierge Marie. Et l'exemple du jeune Père Grignion de Montfort ne pouvait que l'encourager dans cette voie.

Certes, la grâce tombait dans un bon terrain ; il s'agissait de jeunes filles élevées par des familles sérieuses, besogneuses, bien chrétiennes; mais l'Esprit Saint, par la Vierge Marie, introduit en elles, sans jamais leur enlever une vision réaliste des choses, comme une folie de l'amour, qui sera l'épanouissement de leur grâce de baptisées à un degré extrême. « Heureuses, celles qui ont cru » ! Arrêtons-nous maintenant à un trait spécifique de leur apostolat.

3. Pour sainte *Marguerite Bourgeoys,* on retiendra surtout sa contribution originale à la promotion des familles, enfants, futurs époux, parents. Elle qu'on a pu appeler à Montréal la « Mère de la Colonie », elle aurait pu dire comme saint Paul : « Avec vous, nous avons été pleins de douceur, comme une mère qui entoure de soins ses nourrissons. Ayant pour vous une telle affection, nous voudrions vous donner non seulement l'Evangile de Dieu, mais tout ce que nous sommes».

Déjà, jeune fille à Troyes, elle avait su rejoindre, avec d'autres compagnes, les familles pauvres des faubourgs pour y instruire leurs enfants, et dans sa propre famille de douze enfants, elle avait dû prendre en charge la maison paternelle et l'éducation de ses frères à la mort de sa mère. Mais son souci missionnaire l'ayant attirée au nouveau monde d'Amérique, sur les traces des saints martyrs canadiens, dépouillée de tout, sans bagages et sans argent, elle s'y consacre d'abord aux *enfants* comme laïque institutrice. Cette œuvre de maîtresse d'école populaire, elle l'accomplit avec compétence, sans faire de discrimination entre les Indiennes et les filles de colons français, les estimant toutes précieuses «comme des gouttes du sang de Notre-Seigneur ». Elle veut les préparer à être de bonnes mères de famille, par une éducation complète. Il s'agit bien sûr de les former à la foi, à la piété, à la vie chrétienne et à l'apostolat, mais aussi de les initier aux arts domestiques et aux travaux pratiques qui leur permettront de subsister avec le produit de leur travail et surtout d'ordonner ou d'enjoliver leur vie de foyer, riche ou pauvre. La bienséance et la formation intellectuelle sont également au programme, et le résultat sera que ses filles en sortiront quasi plus lettrées que les garçons, signe précurseur et rare à cette époque d'une authentique promotion féminine. Elle savait faire

confiance aux capacités des Indiennes qui ne tarderont pas à devenir maîtresses d'école. Il faut aussi noter cette particularité : au lieu d'attirer les élèves en pensionnat dans la grande cité — c'est d'ailleurs une des raisons qui lui fera refuser une vie cloîtrée pour ses Sœurs de la Congrégation séculière de Notre-Dame —, elle préfère des écoles sur le terrain, proches de la population, sans cesse ouvertes à la présence et aux suggestions des parents, car il importe de ne pas se substituer à eux.

Et Marguerite Bourgeoys estime non moins indispensable de tout faire pour jeter les bases de *familles solides et saines.* Elle doit alors contribuer à résoudre un problème très particulier à ce lieu et à cette époque. Aux hommes venus en soldats ou en défricheurs sur cette terre du nouveau monde, pour réaliser à Ville-Marie un centre d'évangélisation qui se voulait différent des autres colonisations, il manquait des épouses de valeur. Marguerite Bourgeoys fait chercher et accompagne •de son savoir-faire éducatif des filles de France, si possible robustes et de vraie vertu. Et elle veille sur elles comme une mère, avec affection et confiance, les recevant dans sa maison, pour les préparer à être des épouses et des mères valables, chrétiennes, cultivées, laborieuses, rayonnantes. En même temps, par sa bonté, elle aide ces rudes hommes à devenir des époux compréhensifs et de bons pères.

Mais elle ne s'en tient pas là. Quand *les foyers* sont formés, elle 'Continue à leur apporter le soutien matériel nécessaire en cas de disette ou d'épidémie, et elle leur procure, notamment aux femmes, l'occasion de goûter ensemble repos, amitié, tout en se retrempant dans les bonnes résolutions, aux sources de la spiritualité, dans ce qu'elle appelle les «retraites)) et aussi les «congrégations externes».

Bref, ce que beaucoup s'efforcent aujourd'hui de réaliser avec des méthodes, des institutions et des associations adaptées à notre temps, pour une éducation de qualité, pour la préparation au mariage chrétien, pour une œuvre de conseil et de soutien aux foyers, semble se trouver en germe, sous d'autres modes, dans l'esprit et les initiatives de Marguerite Bourgeoys. C'est pour les chrétiens une grande joie, et un encouragement à mettre plus résolument en œuvre ce que le récent Synode a dit sur la famille et que j'ai proposé à l'Eglise l'an dernier dans l'exhortation *Familiaris consortio.* Puisse toute la société actuelle, au niveau de ses plus hautes instances civiles, être convaincue elle aussi qu'aucune solution à long terme ne sera trouvée si on ne redonne pas *à,* la famille sa place centrale et les conditions de sa stabilité et de son

épanouissement ! Si la famille connaît une crise, que l'on s'acharne, non pas à la critiquer et à l'écarter — ce que redoutait notre sainte — mais à la promouvoir, à lui faire confiance et à la seconder dans l'accomplissement de ses tâches, sans se substituer à son dynamisme propre.

Et n'oublions pas que Marguerite Bourgeoys a été soutenue dans son œuvre étonnante par sa dévotion envers la Sainte Famille et qu'au milieu des pires difficultés — «peines et fatigues» — elle a servi les familles avec la qualité d'amour qui vient de l'Esprit Saint.

4. *Sainte Jeanne Delanoue,* la dernière de douze enfants, est venue elle aussi au secours des familles, mais ce fut dans le contexte de sa ville de Saumur, en cette fin du dix-septième siècle marquée par de grandes difficultés matérielles et sociales, aggravées par les famines, les mauvaises récoltes, les hivers rigoureux. On retiendra surtout *son aide efficace aux plus pauvres.* Elle qu'on connaissait surtout comme une commerçante prudente et intéressée, elle devint soudain « une très grande prodigue en la charité», quand l'Esprit Saint, éteignant «le feu de son avarice», lui fit comprendre que sa foi ardente requérait aussi « le feu de cette charité », en lui découvrant l'étendue de la pauvreté. Le livre d'Isaïe nous disait à l'instant : « Partage ton pain avec celui qui a faim, recueille chez toi le malheureux sans abri, couvre celui que tu verras sans vêtements, ne te dérobe pas à ton semblable ».

C'est ce que réalise à la lettre Jeanne Delanoue : elle visite ceux qui vivent comme des bêtes dans les étables creusées dans le coteau, leur porte nourriture et vêtements, lave leurs habits et leur donne au besoin les siens, se met en peine de chauffer ces abris précaires, distribue largement à ceux qui passent, commence à les accueillir dans son propre logement, puis aménage sucessivement trois maisons qu'on lui prête et qu'elle nomme « Providences », pour y recevoir des enfants orphelins, des jeunes filles livrées à elles-mêmes, des femmes dans la détresse, des vieillards, des indigents de toute sorte, saisis par la faim et le froid, bref tous ceux qui pourraient lui dire au jour du jugement : j'avais faim, soif, j'étais nu, malade, sans abri. Elle n'aime pas faire de distinction entre les pauvres méritants ou non. Elle les secourt tous, mais elle veut aussi les faire participer aux travaux, apprendre un métier aux enfants et aux jeunes filles.

Bien plus, Jeanne Delanoue fait l'expérience des humiliations des pauvres, se risquant parfois à mendier elle-même, prenant une nourriture souvent pire que la leur, sans compter ses jeûnes continuels, ses

nuits écourtées et inconfortables. Elle veut que ses Soeurs partagent la même maison que les pauvres, mangent comme eux, soient traitées comme eux en cas de maladie, et vêtues d'un humble habit gris. Quant à ses pauvres, elle sait les entourer de tendresse, parfois leur procurer des repas de fête, exige que ses Sœurs les saluent avec respect, en les servant avant elles.

Les bourgeois de sa ville, des prêtres même, critiqueront ses austérités « excessives » et ses charités « désordonnées)). Mais rien ne l'arrêtera, pas même l'effondrement de son premier logis d'accueil : « Je veux vivre et mourir avec mes chers frères les Pauvres».

D'autres initiatives, comme celles nées de la charité de saint Vincent de Paul, s'étaient déjà répandues en France. Mais à l'époque, Saumur manquait encore d'hospice et Jeanne Delanoue voulait créer un grand service de charité pour les indigents et les malades abandonnés à eux-mêmes, organiser leur visite, et éventuellement ouvrir de petites écoles pour leurs enfants. En son temps, avec les moyens à sa disposition, elle entendait remédier à la pauvreté et au vagabondage. Son exemple ne manquera pas d'interpeller aussi notre monde moderne. Tant de pays vivent dans une grande pauvreté ! Et même les nations industrialisées n'échappent pas aux soucis matériels; elles ont leurs pauvres, de toutes sortes. On s'attachera peut-être davantage aujourd'hui à détecter les causes de ces misères, à créer des conditions plus justes pour tous, à établir des mesures de prévoyance, à aider les pauvres à se prendre eux-mêmes en charge sans se laisser seulement assister. Mais l'attention aux indigents, l'amour des pauvres, le secours immédiat et efficace demeurent aussi fondamentaux pour remédier à la dureté que connaît notre monde. C'est à ce prix, dit Isaïe, que la «lumière se lèvera dans les ténèbres».

Enfin, lorsque nous proclamons la sainteté de Jeanne Delanoue, il importe de chercher à comprendre le *secret spirituel* de son dévouement hors pair. Il ne semble pas que son tempérament la portait vers les pauvres par sentimentalisme ou par pitié. Mais l'Esprit Saint lui fit voir *le Christ* dans ces pauvres, le Christ-Enfant dans leurs enfants — elle avait une dévotion particulière envers Lui.—, le Christ Ami des pauvres, le Christ lui-même humilié, crucifié. Et avec le Christ, elle voulait montrer aux pauvres la tendresse *du Père.* A ce Dieu, elle recourait avec une audace d'enfant, attendant tout de lui, de sa Providence, nom qui devait désigner ses maisons et sa fondation à l'origine : la Congrégation de Sainte-Anne de la Providence. Sa dévo-

tion constante à *Marie* était inséparable de la Sainte Trinité. Le mystère eucharistique était aussi au cœur de sa vie. Tout cela était bien loin du jansénisme ambiant. Son attachement à l'Eglise la dissuadait de prendre de nouveaux chemins sans consulter ses confesseurs et l'Evêque du diocèse. Mais il serait bien insuffisant ici de parler d'une saine théologie, d'une riche spiritualité, héritée d'ailleurs du meilleur de l'Ecole française. Très vite Jeanne Delanoue a atteint, non seulement l'héroïcité des vertus évangéliques, celles du Sermon sur la montagne, mais aussi une profonde contemplation des personnes divines, avec des signes mystiques de la plus haute union à Dieu, selon la voie unitive, brûlant notamment d'amour pour Jésus, «son Epoux». C'est bien là que prennent leur inspiration et leur achèvement la «folie» de sa charité, l'audace de ses initiatives. Que l'Eglise d'aujourd'hui se garde de l'oublier : comme en ce dix-septième siècle finissant ou en ce début du dix-huitième, il n'y aura pas aujourd'hui de vraie réforme ni de mouvements féconds sans *un authentique courant mystique!*

5. Chers Frères et Sœurs, je vous laisse maintenant le soin de contempler vous-mêmes de plus près la vie admirable de ces deux saintes. On lisait dans le psaume : « Le Roi est séduit par sa beauté ». Oui, Dieu les a accueillies dans sa joie éternelle. Qu'elles intercèdent pour nous ! Pour les Sœurs de la Congrégation de Notre-Dame, qui poursuivent l'œuvre éducative et missionnaire de sainte Marguerite Bourgeoys auprès des jeunes et des familles, en tant de pays ! Pour les Servantes des Pauvres, Sœurs de Jeanne Delanoue, qui continuent à aller aux pauvres, à les accueillir et à les aider en partageant leurs conditions de vie, afin de leur révéler la tendresse de Dieu ! Pour tous ceux qui œuvrent à la promotion des familles et au service des indigents ! Pour les communautés diocésaines des deux saintes, et pour l'Eglise entière, afin que, stimulée par une telle sainteté de vie, elle trace de nouveaux chemins de charité et de miséricorde!

Amen. Alleluia!

EPISTULAE

I

Reverendissimo Episcopo Maceraten. et Tolentin., quarto expleto saeculo a petita terra Sinensium a Matthaeo Ricci, S. I., missa.

AL VENERATO FRATELLO TARCISIO CARBONI VESCOVO DI MACERATA.

Ricorre quest'anno la data anniversaria di un avvenimento di grande rilievo nella storia della evangelizzazione cristiana e negli annali delle relazioni culturali tra i popoli : il IV Centenario dell'inizio della missione in Cina del Padre Matteo Ricci, che ricevette i natali in Macerata, il 6 ottobre 1552, due mesi prima della morte del grande apostolo dell'Oriente, San Francesco Saverio, avvenuta, il 3 dicembre, alle soglie di quel grande ed allora impenetrabile Continente.

A giusto e speciale titolo, quindi, codesta Città, rendendosi anch'essa interprete di un'ammirazione universale sottolineata autorevolmente da tante parti, intende ricordare il grande concittadino con manifestazioni solenni di carattere religioso e culturale, alle quali sono lieto anch'io di partecipare con animo sollecito e vivo fervore, indirizzandomi con lo scritto a Lei, esimio Pastore di codesta Comunità diocesana, ed a tutti i fedeli affidati alle sue cure spirituali.

Il mio venerato predecessore Paolo VI, il 10 novembre 1964, in occasione di analoga commemorazione centenaria, quella dell'arrivo a Macao del primo gruppo di Missionari nel 1564, inviava una lettera al Cardinale da Costa Nuñes, suo delegato personale per le solenni celebrazioni. In tale missiva, dopo aver descritto le circostanze storiche che avevano reso possibile l'avvenimento, affermava che esso era « giustamente considerato di grande importanza, perché ferace di frutti e di successi notevoli per il costante e diuturno lavoro di quei pionieri e perché da quegli inizi nasceva e si sviluppava, in tempi recenti, la luce del Vangelo nell'immenso Paese della Cina e nella regioni vicine **X).**[1]

Propriamente a Macao, che Paolo VI, nel citato documento definisce « porta quanto mai adeguata per la diffusione del Vangelo »[2] nel continente cinese, arrivava il 7 agosto 1582 il Padre Matteo Ricci, che per

[1] **Cfr.** ***AAS*** **57 (1965), p. 158.**
[2] ***Ibid.***

santità di vita, per ricchezza di cultura, per originalità di metodi apostolici, fu giustamente esaltato dai posteri come insigne missionario e grande scienziato. A lui ed al confratello Padre Michele Buggeri, fu concesso finalmente di porre piede per primi e di prendere stabile dimora nella città di Sciaochin, nella provincia di Canton, la più meridionale della Cina.

Cominciava in quel giorno, 10 settembre 1583, la gloriosa e feconda epopea dei Gesuiti in Cina.

Non posso quindi che esprimere il mio più vivo compiacimento per le celebrazioni in programma anche a Macerata. E poiché la Cina è tanto cara al mio cuore e la sollecitudine per quella Chiesa « è divenuta particolare e costante assillo del mio Pontificato »[3] formulo il vivissimo auspicio che la figura di quest'uomo di Dio sia sempre meglio conosciuta ed apprezzata, per i meriti acquisiti nei suoi 57 anni di vita, di cui ben 28 spesi in quella vasta regione.

L'opera letteraria di Matteo Ricci, indubbiamente eccezionale, è ancora poco conosciuta; tuttavia non mancano studiosi ed esperti, cinesi ed occidentali, impegnati nell'approfondirne gli aspetti più rilevanti. Il numero straordinario di scritti, spesso di singolare valore, che egli ha lasciato, in cinese, in portoghese ed in italiano, è tale, da richiedere uno studio diffuso e qualificato.

Tali scritti — come quelli dei sommi artisti e letterati del Rinascimento, ai quali il Ricci si può ben paragonare — vanno dai trattati di argomento religioso a quelli filosofici; dalle opere storiche e letterarie sulla Cina a quelle di diffusione delle scienze matematiche, fisiche, geografiche e cosmografiche ; da saggi sulla morale cristiana allo studio dei principi etici di Confucio; dalle relazioni inviate ai suoi Superiori alle lettere personali indirizzate a parenti ed amici. Come è stato rilevato recentemente, la sua attività si è estesa anche all'arte pittorica nella quale ha pure lasciato segni del suo genio multiforme.

Universalis vero ad conversionem vocatio[24] hoc proprie ingreditur propositum. Quod cuncti homines sunt peccatores, illa mentis tota vitaeque commutatione idcirco egent, quae in Bibliis Sacris *metanoia,* id est conversio, nuncupatur. Qui animi affectus eiicitur aliturque Dei verbo, quod misericordiae Domini est patefactio,[25] potissimum vero sacramentali ratione perficitur et multiplicibus ostenditur caritatis modis ac ministerii fratrum.

Ut status vero redintegretur gratiae, secundum communem salutis dispensationem noii sufficit propriam interius agnoscere culpam nec exterius eius complere expiationem. Nam condens Ecclesiam Christus Redemptor universaleque constituens illam salutis sacramentum decrevit ut intra Ecclesiam per ministeriumque eius ipsius Ecclesiae salus uniuscuiusque efficeretur;[26] quo proinde ministerio utitur Deus etiam ut salutis pariter det principium, videlicet fidem.[27] Viae Domini inscrutabiles sine dubio sunt atque mysterium congressionis cum Deo in conscientia manet arcanum; attamen «via», quam nobis pa-

[22] Cfr. *Gal* 5, 1.

" Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 11; *Ordo Paenitentiae,* n. 2.

[24] Cfr. *Me* 1, 15; *Lc* 13, 3-5.

[25] Cfr. *Me* 1, 15.

[26] Cfr. *Ordo Paenitentiae,* n. 46.

[27] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 11; Conc. Oec. Trid., Sess. VI *De iustif.,* cap. 8: *D8* 1532.

tefecit Christus, per Ecclesiam transit, quae ex sacramento (vel saltem ex illius « optato ») consortium redintegrat inter ipsum peccatorem ac Redemptorem, Quod vivificum consortium signo etiam sacramentalis absolutionis restitutum declaratur, in qua Christus per suum ignoscit ministrum, hominem contingit propria in indole ut personae singularis, cui oportet ignoscatur, in eoque persuasionem fidei accendit, ex qua quaevis alia pendet: « in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me et tradidit seipsum pro me n.[28]

6. Omnis denuo reperta persuasio de miserenti Dei amore omnisque singularis responsio paenitentis amoris ab homine data semper eventus est ecclesialis. Ad virtutem porro Sacramenti propriam adduntur — tamquam communicatio meriti infinitaeque satisfactoriae efficacitatis Sanguinis Christi, unici Salvatoris — merita etiam ac satisfactiones eorum universorum, qui in Christo Iesu sanctificati Deoque fideles ad sanctitatem vocanti,[29] gaudia offerunt ac preces, dolores ac privationes pro emolumento fratrum in fide, qui indulgentiae magis indigent, immo etiam pro integro Christi Corpore, quod est Ecclesia.[30]

Propterea sacramentalis Confessionis usus, intra communionis Sanctorum fines, quae varie adiuvat ut ad Christum homines adducantur,[31] actus est fidei in Redemptionis mysterium eiusque exsecutionis in Ecclesia. Actus enim semper Ecclesiae est paenitentiae sacramentalis celebratio, qua nempe suam ea profitetur fidem et Deo gratias pro libertate agit, qua nos Christus liberavit et suam offert vitam veluti spirituale sacrificium ad laudem gloriae Dei, unde gressus etiam accélérât ad Christum Dominum.

[28] *Gal* 2, 20.
[29] Cfr. *1 Cor* 1, 2.
[30] Cfr. *Gal* 6, 10; *Col* 1, 24.
[31] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 50.

Ex eodem insuper Redemptionis mysterio necesse est reconciliationis mysterium, a Deo Ecclesiae Pastoribus concreditum,[32] propriam sui inveniat exsecutionem in Paenitentiae Sacramento. Cuius quidem rei officium in Episcopos recidit, qui in Ecclesia sunt gratiae dispensatores,[33] de Christi sacerdotio manantis, quod cum eius ministris communicatur, etiam quatenus disciplinae sunt paenitentialis moderatores; recidit etiam in sacerdotes, qui sese Christi menti caritatique coniungere valent praesertim Sacramento Paenitentiae dispensando.[34]

7. His itaque cum cogitationibus adesse et adhaerere nos sentimus pastoralibus omnium Fratrum in Episcopatu nostrorum sollicitudinibus. Permagnam ad hoc vim ac significationem habet quod Synodus Episcoporum, quae hoc Anno Iubilaeo Redemptionis agetur, de ipsa reconciliatione et paenitentia edisseret in Ecclesiae missione.

Profecto Sacri Pastores una nobiscum peculiarem impendent curam in pernecessarium munus Sacramenti Paenitentiae in hoc salvifico Ecclesiae opere atque omnia praestabunt ne eorum quidquam neglegatur, quae Corporis Christi prosint aedificationi.[35] Nonne omnium nostrum est commune optatum ferventissimum ut volvente hoc Redemptionis commemorandae Anno minuatur ovium errantium numerus efficiaturque omnium reditus ad Patrem exspectantem,[36] necnon ad Christum, pastorem et episcopum cunctarum animarum?[37]

Re quidem vera, dum tertii Mille Annorum spatii principio appropinquat, Ecclesia se sentit insigniter obstringi fidelitate erga universa Dei dona, quae originem trahunt e Christi Redemptione et per quae eam Spiritus Sanctus producit ad ipsius

[32] Cfr. *2 Cor* 5, 18.

[33] Cfr. *1 Pe* 4, 10.

[34] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 26; Decr. *Presbyterorum ordinis* de presbyterorum ministerio et vita, 13.

[35] Cfr. *Eph* 4, 12.

[36] Cfr. *Lc* 15, 20.

[37] Cfr. *1 Pe* 2, 25.

progressionem ac renovationem, quo dignior usque fiat sponsa Domino suo.[38] Spiritui Sancto itaque confidit cum eiusque arcana actione cupit sese consociare tamquam Sponsa, quae Christi appellat adventum.[39]

8. Anni igitur Redemptionis memoria insignis gratia propria est detectio nova amoris Dei, qui sese donat, ac subtilior perscrutatio divitiarum investigabilium paschalis mysterii Christi, quae per cotidianam vitae christianae experientiam secundum omnes ipsius formas recipiuntur. Varii huius Anni Iubilaei usus dirigantur oportet ad talem gratiam ex perpetuo quodam studio et nisu, qui pro praevia necessitate ponit ac poscit liberationem a peccato mundique mente, qui « totus in Maligno positus est »[40] necnon ab iis omnibus, quae conversionis iter impediunt vel retardant.

Intra hunc vero gratiae prospectum donum etiam invenitur indulgentiae, quod Anni Iubilaei proprium et peculiare est quodque Ecclesia, vi potestatum sibi a Christo tributarum, reserat iis universis, qui talibus praediti dispositionibus opera Iubilaei specialia implent. Quemadmodum Decessor Noster Paulus VI in Litteris Apostolicis sub plumbo datis, quibus Universale Iubilaeum Anni Sacri MCMLXXV est indictum, sic rem extulit, « in indulgentia autem Ecclesia, sua potestate utens ministrae redemptionis Christi Domini, fidelibus participationem communicat huius plenitudinis Christi in Communione Sanctorum, instrumenta salutis ipsis amplissime suppeditando ».[41]

Ecclesia ergo, ex sui Conditoris voluntate dispensatrix gratiae, concedit ut fideles omnes assequi valeant per indulgentiam totum ipsum donum Dei misericordiae; attamen flagitat ut praesto sit plena animi promptitudo ac necessaria interior

[38] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 9, 12.

[39] Cfr. *Apc* 22, 17.

[40] *1 Io* 5, 19.

[41] Litt. Ap. sub plumbo datae *Apostolorum limina,* II: *AAS* 66 (1974), 295.

purificatio, quoniam indulgentia a Paenitentiae virtute et Sacramento nequit seiungi. Valde propterea optamus ut Iubilaeus Annus in fidelibus acuat donum « timoris Dei », a Spiritu Sancto impertitum, qui tenero cum amore magis magisque eos inducat ut peccatum fugiant idque reparare studeant, in se ipsis et in aliis, suscipiendis doloribus cotidianis variisque implendis iubilaribus usibus. Denuo peccati sensus est excitandus, quod ut fiat, iterum est excitandus sensus, qui feratur in Deum! Peccatum enim offensio est Deo illata, iusto ac misericordi; quod necesse est convenienter expietur aut in hac aut in altera vita. Quis salutaris illius oblivisci potest admonitionis : « Iudicabit Dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viventis ».[42]

Huic autem redintegratae peccati conscientiae eiusque consectariorum nova respondere debet vitae gratiae aestimatio, de qua velut de novo Redemptionis dono Salvatoris sui Crucifixi ac Resuscitati laetabitur Ecclesia. Ad illud ergo huius Iubilaei propositum insignite pastorale dirigitur, de quo sumus iam locuti.

9. Quapropter Ecclesia universa, ab Episcopis ad minimos et humillimos fideles, se vocari sentit ad transigendum postremum hoc spatium vicesimi saeculi Redemptionis renovato altiusque percepto *Spiritu Adventus,* qui eam praeparet ad tertium iam imminens millennium iisdem cum affectibus, quibus Domini ortum in humilitate naturae nostrae humanae virgo Maria exspectabat. Quemadmodum Ecclesiae antecessit Maria fide caritateque illucescente Redemptionis aetate, sic etiam hodie ei praecedat, dum illa in hoc Iubilaeo propinquat novo millennio Redemptionis.

Ecclesia numquam alias, sicut nova hac in historiae suae aetate, in Maria Sancta « praecellentem Redemptionis fructum miratur et exaltat, ac veluti in purissima imagine, id quod

« *Heb* 10, 30 s.

ipsa tota esse cupit et sperat, cum gaudio contemplatur »;[43] in Maria porro agnoscit et excolit et invocat « primam redemptam » simulque primam propius operi Redemptionis coniunctam.

Itaque universalis Ecclesia oportet studeat una cum Maria indiviso amore in Dominum suum Christum sese intendere, testari simul tum doctrina tum vita sua nihil sine eo fieri posse, quandoquidem in nullo alio esse possit salus.[44] Et haud secus ac Maria verbo divino assentiens Mater est Iesu facta seseque totam personae dedidit et operae Filii sui, serviens Redemptionis mysterio,[45] ita quidem hodie ac semper proclamet necesse est Ecclesia se inter homines non aliud scire nisi Iesum Christum Crucifixum, qui factus est sapientia nobis et iustitia et sanctificatio et redemptio.[46]

Per hoc testimonium, Christo Redemptori redditum, etiam Ecclesia cum Maria accendere poterit novae spei flammam omni hominum generi.

10. Per hunc autem Iubilaeum Annum Redemptionis, quae licet sit, ut novimus, semel peracta in perpetuum, est tamen applicanda in omnesque dilatanda ad incrementum sanctitatis universalis, semper perficiendae, optamus sane trepida spe fore ut omnium, qui in Christum credunt, intentiones cum nostris conspirent: etiam apud eos fratres, qui vera, tametsi non plena, communione nobis obligantur, quippe qui fidem in Filium Dei incarnatum, Redemptorem et Dominum nostrum, profiteantur.[47]

Quotquot enim divinae electioni responderunt, ut Iesu Christo parèrent, cuius sanguine aspersi resurrectionem participa-

[43] Conc; Oee< Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium* de Sacra Liturgia, 103.
[44] Cfr. *Io* 15, 5; *Act* 4, 12.
[45] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 56.
« Cfr. *1 Cor* 1, 30; 2, 2.
[47] Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decr. *Unitatis redintegratio* de oecumenismo, 12; 2.

rent,[48] profecto credunt *Redemptionem a servitute peccati esse absolutionem perfectionemque totius divinae Revelationis,* cum per illam id obtigerit, quod creatura nulla aut mente fingere aut efficere potuit : Deum videlicet immortalem esse in Christo immolatum pro homine in Cruce, atque hominum genus mortale in Ipso resurrexisse. Profitentur praeterea illi *Redemptionem esse summam hominis eccaltationem,* quae idcirco hominem mori peccato contendit ut divinae consortem naturae faciat; ad hoc, tenent cum unamquamque vitam humanam, tum 'totam hominum historiam solum *plenam significationem* accipere, si firmissima fide credatur sic Deum dilexisse mundum, « ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam ».[49]

Utinam excitata unicae huius fidei experientia, etiam per Annum Iubilaeum, tempus acceleret ineffabilis gaudii fratrum, qui habitant in unum, vocemque Christi audiunt in uno ipsius grege, cum ipso uno et supremo Pastore;[50] quorum sane iam multi se componunt ad celebrandum hunc annum, Christum Iesum ut mundi vitam recolentes : nosmet optamus ut eorum incepta prospere eveniant Dominumque rogamus ut illis benedicat.

11. Patet tamen Anni Iubilaei celebrationem praecipue ad Ecclesiae filios spectare, qui eius fidem ex toto participent in Christum Redemptorem plenaque cum ipsa fruantur communione. Quemadmodum iam nuntiavimus, simul Romae simul cunctis in orbis dioecesibus peragetur Annus Iubilaeus.[51] Ut autem spirituales impetrentur fructus cum iubilari recordatione cohaerentes, trademus hic infra, praeter nonnullas normas, solum aliqua universalis indolis consilia, Conferentiis Episco-

[48] Cfr. *1 Pe* 1, 1 s. ; *Col* 3, 1.

[49] *Io* 3, 16.

[50] Cfr. *Ps* 133 (132), 1; *Io* 10, 16.

[51] Cfr. Allocutio ad PP. Cardinales et Romanae Curiae Sodales habita, 3: diarium « L'Osservatore Romano », 24 Dec. 1982.

palibus singularumque dioecesium Praesulibus munus committentes statuendi incepta ac monita pastoralia magis concreta, tum secundum cuiusque loci hominum mentem et mores, tum secundum proposita anni millesimi nongentesimi quinquagesimi expleti a Christi morte et resurrectione. Huius enim eventus celebritas imprimis monitio esse debet ad paenitentiam et conversionem faciendam, tamquam condiciones necessarias ad participandam gratiam Redemptionis, ab eo effectae, necnon ad consequendam ita spiritualem renovationem in singulis fidelibus et in familiis, in paroeciis et dioecesibus, in religiosis communitatibus aliisque vitae christianae et apostolatus sedibus.

Ante omnia vero primarium tribuatur volumus momentum duabus praecipuis condicionibus postulatis ad omnem impetrandam indulgentiam plenariam : videlicet quae sunt sacramentalis confessio personalis et integra, in qua hominis miseria et misericordia Dei inter se veluti occurrunt, atque communio eucharistica, digne suscepta.

Quam ob rem universos cohortamur sacerdotes ut pro animi prompti sui alacritate et studio maximam praebeant fidelibus copiam perfruendi ipsius salutis instrumentis; et, quo facilius reddatur confessariorum munus, decernimus ut presbyteri comitantes sacras iubilares peregrinationes vel sese his consociantes extra propriam dioecesim, uti possint facultatibus sua in dioecesi a legitima Auctoritate concessis. Peculiares insuper potestates a Paenitentiaria Apostolica tribuentur Paenitentiariis Basilicarum Patriarchalium Romae, necnon quadam ratione ceteris etiam sacerdotibus confessiones excepturis fidelium, qui eo quidem consilio Sacramentum Paenitentiae adeunt ut iubilarem indulgentiam lucrentur.

Maternum Ecclesiae affectum interpretati constituimus ut Iubilaei indulgentia aliquo modorum hic descriptorum impetretur, qui ostensio pariter erunt ac renovatum officium excellentioris vitae ecclesialis :

A)

Mente devota participatur *communitaria celebratio* praeparata aut pro universa dioecesi aut, secundum Episcopi regulas, etiam pro quaque paroecia- ad Iubilaei indulgentiam lucrandam; in quam porro celebrationem precatio inseri semper debebit secundum mentem nostram ut praesertim Redemptionis eventus cunctis nuntiari possit gentibus utque apud quamque nationem credentes in Christum Redemptorem fidem suam libere valeant profiteri. Optatur etiam ut, si fieri potuerit, precationi iungatur quoddam misericordiae opus, quo paenitens ipse prosequatur testeturque susceptum conversionis officium.

Haec quidem communitaria celebratio praesertim consistere potest ex participatione:

— Missarum sollemnium propter Iubilaeum indiciorum. Provideant Episcopi ut in dioecesibus suis fiat fidelibus facultas ea participandi atque celebratio sit digna sciteque praeparetur. Quotiens id permiserint Sacrae Liturgiae normae, suadetur usus alicuius ex his Missis: « pro reconciliatione, pro concordia fovenda, ad postulandam caritatem, de mysterio Sanctae Crucis, de SS.ma Eucharistia, de pretiosissimo Sanguine D.N.I.C. », quarum textus reperiuntur in Missali Romano, et adhiberi poterit alterutra Prex Eucharistica pro reconciliatione;

— celebrationis verbi Dei, quae esse potest accommodatio vel amplificatio Officii Lectionum vel celebrationis Laudum aut Vesperarum, dummodo eiusmodi celebrationes Iubilaeo ut fini congruant;

— paenitentialis celebrationis, compositae ad indulgentiam iubilarem assequendam, quae terminari debet singulari confessione cuiusque paenitentis, prout statuitur in Ritu Paenitentiae (Forma II);

— sollemnis administrationis Baptismi aliorumve Sacra-

meritorum (verbi causa, Confirmationis vel Unctionis Infirmorum « intra Eucharistiam ») ;

— piae exercitationis Viae Crucis ad Iubilaei indulgentiam lucrandam institutae.

Licebit aequabiliter dioecesanis Episcopis statuere ut iubilaris indulgentia obtineatur peragenda populari missione in paroeciis ob Iubilaeum peractae Redemptionis, vel agendis etiam diebus spiritualis Recessus secundum coetus ordinesve hominum praeparatis. Patet quidem deesse non posse precationem secundum Summi Pontificis mentem.

B)

Invisitur singillatim vel potius — uti est omnino optandum — *una cum familia propria* aliquod templum locusve infra recensitus ibique vacatur aliquandiu meditationi, dum fides renovatur Symbolo Apostolorum recitando et oratione Dominica proferenda, necnon-orando secundum nostras intentiones, sicut antea est significatum.

Ad ecclesias vero quot attinet et loca, sequentia haec edicimus :

a) *Romae* est una e quattuor Basilicis Patriarchalibus visenda (S. Ioannis in Laterano; S. Petri in Vaticano; S. Pauli extra Moenia; S. Mariae Maioris) vel etiam aliqua e sacris Cryptis (seu *Catacumbis)* aut Basilica S. Crucis in Ierusalem. Institutum ad hoc Consilium de Anno Iubilaeo, operam socians etiam cum Dioecesi Romana, comparet rationem, nexu recte dispositam continuamque, liturgicarum celebrationum cum peregrinatorum sufficienti religiosa ac spirituali curatione ;

b) *ceteris in dioecesibus per orbem* fideles lucrari poterunt iubilarem indulgentiam adeundo unum e templis ab Episcopis ad hoc destinatis. Talibus vero in designandis locis,

in quorum nimirum numerum includi oportebit imprimis cathedralem ecclesiam, habebunt Episcopi rationem necessitatum fidelium necnon ipsius opportunitatis ut, quantum fieri possit, conservetur sensus peregrinationis, quae sua ipsa vi symbolica declarat necessitatem; inquisitionem, interdum sanctam anxietatem animi, qui vinculum nititur coniungere amoris vel restituere cum Deo Patre, cum Deo Filio, Redemptore hominis, et cum Deo Spiritu Sancto, qui salutem in cordibus operatur.

Quotquot vero adversam ob valetudinem petere nequiverint ecclesiam aliquam a loci Ordinario destinatam, iubilarem nihilominus indulgentiam consequi valebunt, si suum paroeciale inviserint templum. Si qui autem infirmi impediuntur ne vel id quidem faciant, sufficiet, si spiritualiter sese iunxerint actui illi propriorum familiarium suaeve paroeciae ad Iubilaei impetrandam indulgentiam, dum preces suas Deo offerunt suosque dolores. Similes commoditates tribuuntur hospitibus apud instituta senibus recipiendis atque carceres, quibus diligentes curae pastorales adhibendae erunt, lumine Christi, universalis Redemptoris, affulgente.

Religiosi ac Religiosae clausura obstricti iubilarem lucrabuntur indulgentiam suorum in monasteriorum aut conventuum ecclesiis.

Volvente Iubilaeo Anno vigere pariter pergunt reliquae omnes indulgentiarum concessiones; norma autem illa usque viget, qua semel dumtaxat in die consequi licet indulgentiam plenariam.[52] Universae autem indulgentiae in modum suffragii defunctis semper possunt applicari.[53]

12. Sit, quam nosmet ipsi in Basilica Vaticana proximo die XXV mensis Martii recludemus, Porta Sancta signum atque indicium novi ad Christum, Redemptorem hominum, accessus, qui cunctos, nullo dempto, accuratiorem vocat ad medita-

[52] Cfr. *Enchiridion Indulgentiarum, Normae de Indulgentiis,* n. 24, 1.

[53] Cfr. *ibid.,* loc. mem., n. 4.

tionem ipsius mysterii Redemptionis necnon ad fructus salutis percipiendos,[54] maxime per Sacramentum Paenitentiae.

Eodem die ritus peculiaris precationis ac paenitentiae poterit celebrari ab Episcopis totius orbis in propriis ecclesiis cathedralibus, vel proxime subsequenti die, ut, ineunte sollemniter Iubilaeo, totus Episcopatus quinque terrarum continentium suis cum presbyteris ac fidelibus coniunctionem suam testificetur spiritualem cum Petri Successore.

Fratres in Episcopatu eosdem et sacerdotes, religiosos ac religiosas et demum Christifideles omnes imo hortamur ex pectore ut vivendo peragant intente hunc gratiae annum curentque peragendum.

Beatissimam deprecamur tandem Virginem Mariam, Redemptoris Matrem et Ecclesiae Matrem, ut pro nobis intercedat et gratiam impetret fructuosae Anni Iubilaei celebrationis, viginti exactis a Concilio Vaticano Secundo annis, demonstretque « iterum universae Ecclesiae, quin immo omni hominum generi, Iesum illum, qui est benedictus fructus ventris sui et omnium Redemptor » .[55] Felicem ideo huius celebrationis iubilaris exitum ipsius manibus affectibusque maternis commendamus.

Hasce denique Litteras plane efficaces esse volumus in tota Ecclesia atque vim suam obtinere, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vi mensis Ianuarii, in Sollemnitate Epiphaniae Domini, anno MCMLXXXIII, Pontificatus nostri quinto.

Ego IOANNES PAULUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus

[54] Cfr. *1 Tim* 2, 4.

[55] Allocutio ad PP. Cardinales et Romanae Curiae Sodales habita, 11: diarium «L'Osservatore Romano», 24 Dec. 1982.

EPISTULA APOSTOLICA

Ad dilectos filios Ioannem Vaughn, Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum; Vitalem Bommarco, Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum Conventualium; Flavium Carraro, Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum; Rolandum Faley, Ministrum Generalem Tertii Ordinis Regularis S. Francisci: VIII expleto saeculo ab ortu S. Francisci Assisiensis.

IOANNES PAULUS PP. II

DILECTI FILII, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

I. « Radiabat velut stella fulgens in caligine noctis et quasi mane expansum super tenebras » : his verbis Thomas a Celano sanctum Franciscum Assisiensem praedicavit, cuius vitae primus exstitit narrator.[1] Quod praeconium Nos iuvat iterare, dum memoria octavi revoluti saeculi ab ortu praeclarissimi huius viri celebratur. Re quidem vera Nos iam die tertia mensis Octobris anno MCMLXXXI permultos sodales quattuor Familiarum Franciscanum, religiosas et alios, qui in via vitae Seraphicum Patrem sequuntur, in Petriana Basilica Vaticana sacras agentes vigilias, proxime necnon frequentes Christifideles, in cathedrali ecclesia Assisiensi ductu eiusdem sedis episcopi congregatos, per aetheris undas sumus allocuti ut anni praedictae memoriae recolendae dicati faceremus initium. Nunc vero sermonem illum quasi persequentibus est Nobis propositum per hanc Epistulam quaedam capita magisterii evangelici, ab illo exhibiti, in lumine ponere atque nuntium, quem idem hominibus nostrae aetatis dare videtur, vobiscum et per vos cum quam plurimis communicare.

In libro, quo sancti Francisci vitae *selecti flores* perhibentur, frater Massaeus, unus e primis eius asseclis, quondam ab illo narratur quaesivisse : «Unde tibi quod totus mundus veniat ad te?».[2] Post octo saecula exacta ab ortu Sancti Assisiensis haec interrogatio momentum retinet suum, quin immo maior est causa cur ea ponatur. Etenim non

[1] *Vita prima Sancti Francisci,* n. 37: *Analecta Franciscana,* 10, Ad Claras Aquas 1926-1941, p. 29.

[2] Cfr. *Actus beati Francisci et sociorum eius,* ed. P. Sabatier, Paris 1902, 10, p. 40; cfr. etiam *I Fioretti di San Francesco,* ed. B. Bughetti-R. Pratesi, Firenze 1960, pp. 59 s.

solum auctus est numerus eorum qui eius vestigiis pressius sunt ingressi, Regulam ab eo compositam ut vivendi normam sibi statuentes, sed etiam admiratio illius et studiosa in eundem voluntas nedum temporum cursu — quemadmodum fieri solet in rebus humanis — sint deminutae, altius in animis haeserunt latiusque manarunt; quarum signa in christiana disciplina spirituali, in arte, in poesi, in omnibus fere cultus humani occidentalis formis firmiter exstant impressa. Italica Natio, quae honori habet tantum virum se progenuisse, eum, una cum alia magni nominis alumna sua, Catharina Senensi, praecipuum apud Deum Patronum elegit. Eius fama deinde fines Europae est egressa, adeo ut ad eum haud immerito verba Evangelii possint transferri : « ubicumque praedicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo, dicetur et quod hic fecit » . [3]

Franciscus profecto talem se praebet, qui omnes habeat assensores, quatenus, quotquot eius vitae rationem cognoverint, exemplum humanitatis ab ipso propositum unanimi comprobant. Unde haud abs re esse videtur hoc anno, illius memoriae sacro, interrogationem a fratre Massaeo cum animi simplicitate prolatam repetere : cur totus mundus venit ad Franciscum Assisiensem?

Cui quaestioni saltem partim potest responderi affirmando homines propterea hunc Caelitem admirari atque diligere quod in eo vident effecta — ac quidem modo praestantissimo — ea quae maxime affectant, quae tamen saepe in vita sua consequi nequeunt; haec vero sunt: laetitia, libertas, pax, concordia et conciliatio inter homines atque res ipsas.

IL Revera haec omnia et alia in vita Pauperis Assisiensis singulari splendore ref ulgent.

Imprimis laetitia elucet, siquidem Franciscus pernotus est ut vir perfecta laetitia perfusus. In tota vita sua «summum et praecipuum studium habuit..., quod semper fuit sollicitus interius et exterius habere (et) conservare in se laetitiam spiritualem » . [4]

Saepe, ut in monumentis rerum gestarum, impetum laetitiae, qui intus urgebat, cohibere non valuit ita ut, vagi cantoris instar,

[3] Cfr. *Mt* 26, 13.

[4] *La (i Legenda antiqua S. Francisci v.* Texte du Ms. 1046 (M. 69) de Perouse, édité par le P. F.-M. Delorme, Paris 1926, n. 97, p. 56; cfr. etiam *Compilano Assisiensis,* a cura di M. Bigaroni, Porziuncola 1975, n. 120, p. 384; *Scripta Leonis, Rufini et Angeli sociorum S. Francisci,* ed. R. B. Brooke, Oxford 1970, n. 97, p. 260.

frustis ligneis pulsatores instrumenti musici «viellae» appellati imitans, laudes Dei Gallice caneret.[5] Gaudium, quo Franciscus réplebatur, e stupore est ortum, quo pro animi sui simplicitate et innocentia universas res et eventus contemplabatur; potissimum vero e spe promanavit, quam alebat in corde et qua motus exclamabat : « Tantum est bonum, quod exspecto, quod omnis poena me delectat».[6]

Quamvis fere numquam verbo *libertatis* uteretur, tamen vita eius tota reapse singularis fuit evangelicae libertatis ostensio. Ex omni eius se gerendi modo, ex omni incepto interior animi libertas pellucebat et spontaneus habitus mentis, qui caritatem effecit legem supremam ac Deo «penitus adhaesit. Unum e plurimis huius rei documentis est libertas, quam fratribus suis congruenter Evangelio concessit, de omnibus cibis, qui iis apponerentur, manducando[7]

Libertas vero, quam Franciscus est secutus et extulit, obtemperationi Ecclesiae, immo «omnibus hominibus, qui sunt in mundo)),[8] nequaquam repugnat, sed, contra, ex hac ipsa exoritur. Perfecta enim illa forma primigenia hominis, ex qua est liber ac dominus universi, in eo peculiari luce effulget.[9] Qua in re etiam singularis familiaritas ac docilitas continentur, quas omnes creaturae huic Pauperi Christi exhibebant. Unde factum est ut aves eum sacram praedicationem habentem auscultarent,[10] lupus — secundum notam narrationem — mansuefieret,[11] ignis ipse, suos mitigans ardores, «curialis», id est comis,

[5] Cfr. Thomae de Celano *Vita secunda S. Francisci,* n. 127: *Analecta Franciscana,* 10, p. 205.

[6] «Et pro themate hoc proposuit in vulgari: Tanto è il bene ch'io aspetto, ch'ogni pena m'è diletto. Sensus est: Tantum est bonum quod exspecto, quod omnis poena me delectat»: *Actus beati Francisci et sociorum eius,* 9, p. 31; cfr. *De conformitate vitae beati Francisci ad vitam Domini Iesu,* auctore Fr. Bartholomaeo de Pisa: *Analecta Franciscana,* 4, p. 479; *Considerazioni sulle stimmate,* I: *Fonti Francescane,* Assisi 1977, n. 1897.

[7] *Regula bullata* 3, 14: «Et secundum sanctum Evangelium de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare (cfr. *Lc* 10, 8) ». Cfr. *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis* (Bibl. Frane. Ascetica Medii Aevi, 12), ed. K. Esser, Grottaferrata 1978, p. 230.

[8] *Salutatio Virtutum,* 14-16: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* p. 303. Cfr. *Fonti Francescane,* n. 258; *1 Pt 2,* 13.

[9] Cfr. *Gen* 1, 28; *Sap* 9, 2-3;

[10] Cfr. Thomae de Gelano *Vita prima S. Francisci,* n. 58: *Analecta Franciscana,* 10, p. 44s.; *Fonti Francescane,* n. 424.

[11] Cfr. *Actus beati Francisci et sociorum eius,* 23, pp. 77-81: *De lupo ferocissimo per sanctum Franciscum reducto ad magnam mansuetudinem; I Fioretti di San Francesco,* 21: *Fonti Francescane,* n. 1852.

redderetur.[12] Itaque ut praedictus primus eius vitae narrator affirmat, ((in via obedientiae ambulano et divinae subiectionis perfecte iugum amplectens, in creaturarum obedientia magnam coram Deo adeptus est dignitatem».[13] Potissimum vero libertas sancti Francisci e voluntaria provenit paupertate, qua omni cupidine terrena et sollicitudine eximebatur, ita ut unus ex illis hominibus evaserit, qui secundum verba Apostoli sunt «nihil habentes et omnia possidentes».[14]

Franciscus, praeterquam quod vir fuit perfecta laetitia et libertate insignis, coli non desinit ut ***pacis et fraternitatis Universalis*** suavissimus amator. Pax autem, qua Franciscus ipse fruebatur et quam effundebat, a Deo ut a fonte repetitur, quem his vocibus orans est allocutus : « Tu es mansuetudo, tu es securitas, tu es quietas » .[15] Quae quidem pax humanam formam vinique induit in Christo Iesu, qui est « pax nostra » :[16] in eo, quemadmodum sanctum Paulum secutus Franciscus scripsit, « quae in caelis et quae in terra sunt, pacificata sunt et reconciliata omnipotenti Deo)).[17] «Dominus det tibi pacem»: his verbis, divina revelatione edoctus, universos homines salutavit.[18] Fuit re vera « pacificus »[19] seu pacis conciliator et auctor — cuiusmodi homo in Evangelio beatus praedicatur — quoniam «tota... verborum eius discurrebat materies ad extinguendas inimicitias et ad pacis foedera reformanda».[20] Ad pacem et concordiam revocavit civium ordines eiusdem oppidi, caede cruenta inter se dimicantes, daemones, discordiarum fautores, suis precibus fugans.[21] Inter urbes discidio disiunctas, inter

[12] Thomae de Celano *Vita secunda S. Francisci,* n. 61: *Analecta Franciscana,* 10, p. 47; cfr. *ibid.* n. 166, p. 227: « . . . Frater mi ignis... esto mihi in hac hora propitius, esto curialis ! ».

[13] Thomae de Celano *Vita prima S. Francisci,* n. 61: *Analecta Franciscana,* io, p. 47.

[14] *2 Cor* 6, 10.

[15] *Laudes Dei Altissimi,* 4: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* p. 90.

[16] *Eph* 2, 14.

[17] *Epistola toti Ordini missa,* 13: *Opuscula Sancti Patris Francisci,* 140; cfr. *Col* 1, 20.

[18] *Testamentum,* 23: «Salutationem mihi Dominus revela vit, ut diceremus: Dominus det tibi pacem»: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* pp. 311 s.

[19] *Mt* 5, 9.

[20] Thomas de Spalato, *Historia Pontificum Salonitanorum et Spalatensium,* ed. Heinemann: *Monumenta Germaniae Historica. Scriptores,* xxix, p. 580. Cfr. *Testimonia minora saeculi XIII de S. Francisco Assisiensi,* ed. L. Lemmens, Ad Claras Aquas 1926, p. 10; *Analelcten zur Geschichte des Franziskus von Assisi,* ed. H. Boehmer - F. Wiegand - C. Andresen, Tübingen 1961, p. 72; *Fonti Francescane,* n. 2252.

[21] Cfr. Thomae de Celano *Vita secunda S. Francisci,* n. 108: *Analecta Franciscana,* 10, p. 194.

clerum et populum atque etiam, ut fertur, inter homines et beluas pacem constituit. Verumtamen pax, ut est Francisco persuasum, venia danda conficitur; quam ob rem ut magistrum urbis Assisii eiusque sedis episcopum, iurgio inter se contendentes, ad pacem ineundam adduceret, cantico fratris solis haec verba pernota curavit adiungenda: «Laudatus sis, mi Domine, propter illos, qui dimittunt propter tuum amorem ».[22]

Franciscus neminem censebat inimicum, sed unumquemque fratrem arbitrabatur. Quo factum est ut omnia repagula, quibus homines illorum temporum inter se dissociabantur, supergrederetur atque amorem Christi ipsis nuntiaret Saraeenis, in animis iaciens quasi semina voluntatis illius ad colloquendum proclivis et oecumenismi inter homines ingenii cultura, stirpe, religione disparues instituendi, quae sunt e rebus praestantioribus, ad quas aetas nostra profecit. Quin immo hunc universalis fraternitatis sensum dilatavit in cuncta creata, etiam inanima: in solem, lunam, aquam, ventum, ignem, terram, quae pro cuiusque genere fratres et sorores appellavit et suavi quadam cum reverentia est prosecutus.[23] Ad haec quod attinet, ita de eo scriptum invenimus: « Inauditae devotionis affectu complectitur omnia, alloquens ea de Domino, et in laudem eius adhortans ».[24] Haec mente considerantes et illorum optatis satisfacere volentes, qui de rebus naturae, in quibus homines vivunt, hodie merito sunt solliciti, sanctum Franciscum Assisiensem Litteris Apostolicis die xxix mensis Novembris anno MCMLXXIX sub anulo Piscatoris datis omnium oecologiae cultorum caelestem renuntiavimus Patronum.[25] Verumtamen exemplum Francisci hac in re simul certissimo est documento creaturas et elementa ab iniusta et noxia violatione non prohiberi, nisi quatenus luce biblica creationis et redemptionis affulgente, conspiciuntur ut creaturae, circa quas homo obstringatur officio, non quae eius permittantur arbitrio,

[22] *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* p. 88. Cfr. *Mt* 6, 12. Canticum fratris solis vulgari quidem eloquio est compositum; cfr. *Legenda antiqua S. Francisci* (Legenda Perusina), ed. P. F.-M. Delorme, 44, p. 27; *Scripta Leonis, Bufini et Angeli sociorum S. Francisci,* ed. R. B. Brooke, p. 168; *Fonti Francescane,* n. 1593.

[23] Cfr. Thomae de Celano *Vita prima S. Francisci,* nn. 77.80-81: *Analecta Franciscana,* 10, pp. 57.59-60.

[24] Thomae de Celano *Vita secunda S. Francisci,* n. 165: *Analecta Franciscana,* 10, p. 226.

[25] Cfr. *AAS* 71 (1979), p. 1509.

et quae una cum eo expectent cupiantque ut «liberentur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei)).[26]

III. Hactenus de rebus tractavimus, propter quas hominum genus de Francisco Assisiensi merito gloriatur neque eum desinit admirari, de laetitia dicimus, dé libertate, de pace, de fraternitate universali. Si autem in his dumtaxat consisteremus, de inani ageretur admiratione, quae parvam aut nullam vim haberet ad edocendos homines, qui nunc sunt, de modo eadem, quae supra sunt dicta, bona consequendi; idem prorsus valeret ac fructus carpere velle, arboris stipite et radice neglectis.

Ut ergo celebratio memoriae octavi saeculi expleti a sancti Francisci ortu conscientias revera permoveat in iisque veluti vestigia relinquat, oportet radices vestigentur ut cognoscatur quomodo vita seraphici viri tam mirabiles edere potuerit fructus. Etenim pax, laetitia, libertas, amor non forte fortuna vel natura sunt Francisco donata eiusque animum exornarunt, sed ex consilio capto et asperrima via, quae ipse his verbis comprehendit «facere paenitentiam» quemadmodum in initio *Testamenti* sui scripsit : « Dominus ita dedit mihi fratri Francisco incipere faciendi poenitentiam ; qui, cum essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos. Et ipse Dominus conduxit me inter illos et feci misericordiam cum illis. Et recedente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum, conversum fuit mihi in dulcedinem animi et corporis; et postea parum steti et exivi de saeculo».[27]

« Paenitentiam facere » vel « vivere in paenitentia » : hae voces in sancti Francisci scriptis potissimum frequentantur, quippe quae totam eius vitam sacramque praedicationem paucis aptissime complectantur. Cum de vita nova recte dirigenda ageretur — magni sane momenti tempore — ipse, a Christo quaerens consilium, Evangelii codicem aperuit et hoc Domini responsum repperit ibi expressum, quo deinde usque ad mortem se conformavit : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum».[28] Ee quidem vera abnegatio sui via fuit, qua Franciscus «animam » seu vitam suam invenit.[29] Adeptus est laetitiam tolerando làbo-

[26] Cfr. *Rom* 8, 21.

[27] *Testamentum,* 1-3: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* pp. 307 s.

[28] Cfr. Thomae de Celano *Vita secunda S. Francisci,* n. 15: *Analecta Franciscana,* 10, p. 140; *Mt* 16, 24; *Lc* 9, 23.

[29] Cfr. *Mt* 10, 39.

res, libertatem oboediendi et semet ipsum penitus abnegando, amorem erga omnes creaturas eo quod se ipsum oder at, id est, ut Evangelium docet, eo quod sui amorem devicit. Ambiilans olim in Via, fratri Leoni exposuit veram laetitiam positam esse in patientia cuiusvis acerbitatis ac tribulationis, propter Christi amorem adhibenda.[30]

« Vivere in paenitentia » secundum sanctum Franciscum idem valet ac peccatum in tota eius gravitate agnoscere ; coram Deo in paenitudine constanter conversari; hunc compunctionis ac doloris sensum austero studio ascetico in vitae usum traducere. Qua in re ille eo est progressus ut, antequam moreretur, quasi veniam petens, confessus sit se «multum peccasse in fratrem corpus», quod tanta maceratione in vita afflixisset.[31]

Haec, quam Franciscus tenuit, via sermone christiano breviter crux appellatur. Ipse fuit et etiamnum est praeco ac nuntius, per quem Ecclesia ad partes primarias, quas obtinet praedicatio crucis firmissime provocatur, quasi Deus per pauperem servum suum Franciscum lignum vitae iterum plantare voluerit «in medio civitatis»,[32] id est in medio Ecclesiae. Quam ob rem, cum hoc anno, memoriae eiusdem sancti Caelitis dicato, eius sepulchrum piae peregrinationis causa adiissemus, has illi adhibuimus preces : « Arcana ratio spiritualium divitiarum tuarum in Christi cruce continebatur... Doce nos, quemadmodum Paulus apostolus temet ipsum docuit ut nobis absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi».[33]

Christus crucifixus itineris dux fuit Francisco ab initio vitae eius novae usque ad finem; qui etiam in monte Alverniae exterius ei sacra Stigmata impressit ita ut is ante hominum quoque oculos «descriptus sit crucifixus».[34] Totum se Franciscus exemplo Crucifixi ëfiinxit et conformavit; atque maxima causa cur summae se dederet paupertati, fuit Crucifixi sequela. Cum morti iam propiñquaret, singularem expe-

[30] Cfr. *De vera et perfecta laetitia,* 15: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* pp. 324-326. Cfr. etiam *S. Francisci Admonitio,* 5, 8: *ibid.,* p. 67; *I Fioretti,* 8: *Fonti Francescane,* n. 1836.

[31] Cfr. *Legenda trium Sociorum,* n. 14, ed. T. Desbonnets; *Archiv. Franc. Hist.* 67 (1974), p. 100.

[32] Cfr. *Apc* 22, 21.

[33] Cfr. diarium *L'Osservatore Romano,* 13 Mart. 1982.

[34] Cfr. *Gal* 3, 1. Cfr. etiam Thomae de Celano *Vita prima S. Francisci,* n. 112: *Analecta Franciscana,* 10, p. 88: «Eesultabat revera in eo forma crucis et passionis Agni immaculati, qui lavit crimina mundi, dum quasi recenter e cruce depositus videretur, manus et pedes clavis confixos habens et dextrum latus quasi lancea vulneratum ».

rientiam suam spiritualem his simplicibus sed altissimis verbis comprehendit: « scio Christum pauperem crucifixum i).[35] Ee quidem vera, ex quo ad Deum est conversus, continenter vixit ut is qui stigmatibus Christi est signatus.

Redeamus igitur ad interrogationem initio positam: « Unde tibi quod totus mundus veniat ad te?»; iam probe patet responsio, quae in hisce Iesu Christi vocibus continetur: ((ego, si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum w.[36] Cuncti profecto homines ad Franciscum Assisiensem alliciuntur, quoniam ille, divinum Magistrum suum secutus, voluit quodammodo «exaltari a terra», videlicet esse crucifixus, adeo ut iam non viveret ipse, sed Christus in eo, si licet verba Apostoli ad eundem transferre.[37]

Hominibus aetatis nostrae, qui omnibus viribus contendunt ut dolorem submoveant, sed id efficere nullatenus valent, quin immo angoribus eo vehementius cruciantur, quo acrius praecipuas, quas putant, causas dolorum auferre nituntur, sanctus Franciscus, paucis verbis usus, sed immensa auctoritate vitae suae commendatus, viam christianam, quae eo ducit, commonstrat: agitur nempe de tollenda causa ultima doloris et iniustitiae, quae est peccatum, praesertim peccatum inordinati sui amoris. Si amorem proprium veluti crucifigit, homo languorem illum evincit, quo affectus sibi soli, dempta consociatione, studet, quo omnia ad suam refert utilitatem; atque, ut ita dicamus, ferreum circulum vetustatis et mortis disrumpit necnon in novum ingreditur orbem, in cuius medio est Deus cuiusque finibus fratres universi includuntur; fit, ad summam, «nova creatura in Christo».[38]

Huius rei habita ratione, annus memoriae ortus sancti Francisci dicatus, qui ad finem iam vergit, provida esse videtur praeparatio Synodi Episcoporum, quae anno **MCMLXXXIII** celebrabitur cuique hoc est argumentum propositum: « De reconciliatione et paenitentia in missione Ecclesiae». Ipse qui singularem fecunditatem a se capti consilii de « paenitentia facienda » est expertus, etiam nobis, christianis horum temporum, donum impetret animo comprehendendi veritatem, ex qua homines novi evadere non possumus, qui laetitia, libertate, pace fruantur, nisi peccatum, quod est in nobis, humiliter agnoscamus, nisi verae

[35] **Thomae de Celano** *Vita secunda S. Francisci,* **n. 112:** *Analecta Franciscana,* **10, p. 192.**

[36] *Io* **12, 32.**

[37] **Cfr.** *Gal* **2, 20.**

[38] **Cfr.** *2 Cor* **5, 17.**

paenitudinis lavacro mundemur ac deinde «faciamus fructus dignos paenitentiae».[39]

IV. His litteris, quibus octavum saeculum revolutum a sancti Francisci ortu recolimus, finem imponere nolumus quin de peculiari eiusdem Oaelitis observantia erga Ecclesiam ac de vinculis pietatis et amicitiae, quibus filii in modum cum Romanis Pontificibus aetatis suae coniungebatur, commemoremus.

Persuasum sibi habens eum qui non «colligat» cum Ecclesia, « dispergere w,[40] vir Dei usque ab initio curae habuit ut opus suum approbatione et praesidio « Sanctae Romanae Ecclesiae » confirmaretur et obtegeretur, quod propositum his verbis in Regula sua declaravit: «ut semper subditi et subiecti pedibus eiusdem sanctae Ecclesiae stabiles in fide (cfr. *Gol* 1, 23) catholica paupertatem et humilitatem et sanctum evangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus ».[41]

Primus eius vitae narrator haec de ipso affirmat : « Inter omnia et super omnia fidem sanctae Romanae Ecclesiae servandam, venerandam et imitandam fore censebat, in qua sola salus consistit omnium salvandorum. Venerabatur sacerdotes et omnem ecclesiasticum ordinem nimio amplexabatur affectu ».[42]

Ecclesia autem fiduciam a Paupere Christi in se collocatam eo rependit quod non solum Regulam eius approbavit, sed etiam quod peculiarem ei honorem et benevolentiam tribuit. De hoc Francisci in Ecclesiam amore sumus locuti, cum ineunte anno eiusdem Sancti memoria insigni praedictum nuntium ederemus, haec praeter alia proferentes : «charisma et munus propheticum fratris Francisci eo pertinebant ut definite ostenderetur Evangelium commissum esse Ecclesiae, ex eo vivendum idque in vitae usum traducendum praesertim et exempli in modum in Ecclesia atque assentiente et fulciente Ecclesia ipsa».[43]

Condiciones autem vitae, quam nunc Ecclesia transigit, videntur monere ut perspiciatur diligentius quomodo sanctus Franciscus reapse temporibus illis actuosam partem habuerit rerum Ecclesiae. Quae quidem tempora propterea erant conspicua et peculiaria quod renovatio

[39] **Cfr. *Lc* 3, 8.**
[40] **Cfr. *Lc* 11, 23.**
[41] ***Regula bullata,* 12, 4: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* p. 237.**
[42] **Thomae de Celano *Vita prima S. Francisci,* n. 62: *Analecta Franciscana,* 10, p. 48.**
[43] **Cfr. *AAS* 73 (1981), p. 731 (die 3 oct. 1981).**

liturgica et moralis ipsius Ecclesiae magno nisu promovebatur ; qui nisus ad fastigium pervenit Concilio Oecumenico Lateranensi IV, anno Mccxv celebrato. Quamvis certo non constet Franciscum sessionibus eiusdem universalis Synodi interfuisse, tamen nullum est dubium quin eximia proposita et consulta Concilii probe comperta habuerit atque egregiam operam ipse et Ordo ab eo conditus contulerint ad exsequendam renovationem, cuius formam Concilium exararat. Profecto ad canones eiusdem universalis Synodi et ad epistulam Honorii Pp. III manifesto refertur pia contentio illa, ad Eucharistiam pertinens, qua Sanctus Assisiensis operam dedit ut ecclesiis, tabernaculis, vasis sacris maior decor accrescerei maxime vero ut iterum vigesceret amor erga sanctissimum Corpus et Sanguinem Domini Nostri Iesu Christi.[44]

Quin etiam Franciscus consilium de renovanda paenitentia est amplexus, quod Innocentius PP. III proposuit, cum in exordio Concilii Lateranensis astantes alloqueretur. Quo in sermone Summus Pontifex ille, Decessor Noster praeclarissima, universos Christianos, praesertim clericos, ad spiritualem renovationem, conversionem ad Deum et morum emendationem inducendam est cohortatus ; atque verba prophetica, quae sunt apud Ezechielem, cap. IX, adhibens, litteram thau (postremam alphabeti Hebraici, formam crucis exprimentem) asseruit esse signum eorum, qui «carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis»,[45] quique de hominum defectione a Deo gemunt ac dolent: «hoc signum gerit in fronte, qui virtutem crucis ostendit in opere».[46]

Ex ore Romani Pontificis sanctus Franciscus hausit sibique ascivit hanc hortationem ad purificationem et renovationem Ecclesiae faciendam. Etenim ab illo die — ut proditum est — signum thau habuit in honore singulari; quod quidem litterulis manu sua subscripsit — ut epistolio ad fratrem Leonem dato — idque in fratrum cellis incidit, in monitionibus suis commendavit, «tamquam si — quemadmodum ait sanctus Bonaventura — omne ipsius studium foret iuxta propheticum

[44] Cfr. Concilium Lateranense IV, cann. 19-20: *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* curantibus 6. Alberigo et aliis, Bologna 1973, p. 244; cfr. etiam Litt. Ap. Honorii PP. III *Sane cum olim,* 22 Nov. 1219: *Bullarium Romanum,* III, Augustae Taurinorum 1858, p. 66, et Epistula S. Francisci ad Clericos *De reverentia corporis Domini: Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis,* pp. 96 s.

[45] *Gal* 5, 24.

[46] D. Mansi, *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio,* 22, Venetiis 1778, p. 971; cfr. *PL* 217, 677.

dictum signare Thau super frontes virorum gementium et dolentium, ad Christum Iesum veraciter conversorum ».[47]

Haec et alia ostendunt Franciscum sibi proposuisse ut opus suum humiliter inserviret consiliis de renovatione spirituali, quae ordo hierarchicus cepisset. Ad ea exsequenda ipse sua contulit sanctitate, subsidio videlicet, pro quo nihil poterat substitui. Cum prius totum se ad oboediendum Spiritui composuisset, eo quod Christo Crucifixo se similem reddebat, factus est quasi instrumentum, quo usus est Spiritus ipse ut Ecclesiam interius renovaret, eademque esset « sancta et immaculata)).[48] Vir Dei, « divina inspiratione » motus[49] — ut ipsemet consueverat affirmare — id est fervore Spiritus Sancti impulsus, haec omnia egit; in cunctis « Spiritum et vitam »[50] quaesivit, quae sancti Ioannis verba ipse libenter usurpabat. Hinc profecto miranda vis ad renovandum efficax, quae in eius persona et vita inerat, manavit. Ita ille veri nominis promotor renovationis Ecclesiae evasit, non quidem obiurgatione et censura, sed sanctitate.

Aetas, quam nunc Ecclesia transigit, quibusdam rationibus est saeculo similis, quo sanctus vixit Franciscus. Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum multiplicia proposita et consilia christianae vitae renovandae edixit. Verumtamen, ut in Epistula nuper scripsimus vertente anno **MDC** a Concilio Constantinopolitano I necnon **MDL** a Concilio Ephesino, «omne renovationis opus Ecclesiae, quod adeo providenter suasit incepitque Concilium Vaticanum Secundum... impleri nequit nisi in Spiritu Sancto, adiuvante scilicet luce eius et virtute».[51] Huiusmodi vero actio Spiritus Sancti, quae summum obtinet momentum, non fit ex more nisi per homines, in quorum animos Spiritus Christi sit penitus illapsus quique huius veluti instrumenta sint effecti adeoque eundem Spiritum in fratres, diversis quidem modis, transfundere valeant.

Itaque memoria natalis sancti Francisci, quae hoc anno sollemnibus

[47] *Legenda minor*, 2, 9: *Analecta Franciscana*, 10, p. 662; cfr. eiusdem auctoris *Legenda maior*, Prologus, 2: *ibid.*, p. 558.

[48] *Eph* 5, 27.

[49] *Regula bullata*, 12, 1; *Regula non bullata* 2, 1: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis*, pp. 237. 243. Cfr. etiam S. Bonaventura, *Legenda maior*, 10, 2: *Analecta Franciscana*, 10, p. 602.

[50] Cfr. *Testamentum*, 13; *Epistola ad Fideles* (recensio prior), 2, 22; *Epistola ad Fideles* (recentio posterior), 20: *Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis*, pp. 309s. 112. 118.

[51] Epistula *A Concilio Constantinopolitano*, 25 Mart. 1981: *AAS* 73 (1981), p. 521.

celebratur, Nobis esse videtur, rerum supra expositarum habita ratione, his ipsis temporibus singularis quaedam gratia a Deo Ecclesiae impertita. Quo quidem munere praesertim motus fidelium et vires novae, quae in Ecclesia hodie sunt divinitus suscitata, monentur ut in ipsa Ecclesia studiosissime enitendo prorsus inhaerescant — quemadmodum fecit Franciscus — ut propria cuique et peculiaria consilia de renovatione persequi omittant, sed ut charisma sibi donatum cum humilitate servire iubeant propositis ab Ecclesia in Concilio Vaticano Secundo susceptis. Hodieque, ut temporibus sancti Francisci, opus sunt homines, qui ad novitatem vitae per communionem passionum Christi[52] pervenerint quibusque Spiritus ad aedificandum Regnum uti libere possit. Hoc nisi contingat, periculum est ne praeceptiones et normae directoriae, etiam optimae, eiusdem universalis Synodi inefficaces sint aut saltem illos non afferant fructus, qui in bonum Ecclesiae exoptantur.

» » » Mons. Pablo G. Balón (Daet).
» » » Mons. Quirino G. Parcero (Daet).
» » » Mons. José A. Rodríguez (Daet).
» » » Mons. Pedro R. Espedido (Daet).
18 » » Mons. John Moran (Southwark).
23 » » Mons. Joseph R. Schwaegel (Belle Ville).
» » » Mons. James W. McMurtrie (Arlington).
» » » Mons. Thomas Joseph Cassidy (Arlington).

23	agosto	1982.	Mons. John Aloysius 0'Oonnel (Arlington).
»		»	Mons. Frank Edward Mahler (Arlington).
28	»	»	Mons. Eugene Joseph Harley (Sydney).
»	»	»	Mons. Giuseppe Casati (Pavia).
	»	»	Mons. Gilberto Torrey Orozco (Maturin).
»	»	»	Mons. Aloys Oblinger (Augsburg).
»	»		Mons. Wilhelm Huttier (Augsburg).
6	settembre	»	Mons. Luigi Nanni (Lucca).
30	»	»	Mons. Sean Cahill (Clogher).
»			Mons. Gerard Me Sorley (Clogher).
			Mons. Angelo Eicci (Apuania).
»	»		Mons. Helmut Ehrler (Freiburg im Breisgau)
2	dicembre	»	Mons. Francesco Di Maggio (Bari).
4	»	»	Mons. John Thomas Pearson (Peterborough).
11	»	»	Mons. Michael O'Reilly (Sandhurst).
»	»	»	Mons. William Batchelor (Sandhurst).
	»	»	Mons. Francis Owens (Sandhurst).
20	»		Mons. Janusz Stanislaus Pasiei'b (Chelmno).

Cappellani di Sua Santità:

29	marzo	1982.	II sac. Leopold Wolf (Wien).
14	aprile	»	II sac. Antonius Egger (Innsbruck).
24	giugno		II sac. Arnold Neveling (Essen).
14	luglio	»	II sac. Ivan Ivanchuk (Winnipeg degli Ucraini).
»	»	»	II sac. Valodymyr Bozyk (Winnipeg degli Ucraini).
»	»		II sac. Yosyf Cormylo (Winnipeg degli Ucraini).
23	agosto	»	II sac. Franco Santangelo (Messina).
»	»	»	II sac. Gregorio Pirro (Roma).
»		»	II sac. Bruno Greggio (Roma).
»	»	»	II sac. Ferdinando Belli (Roma).
»	»	»	II sac. Marcello Bordoni (Roma).
»			II sac. Sergio Mangiavacchi (Roma).
28	»		II sac. Siegfried Schindele (Augusburg).
»	»	»	II sac. José Bondoc (San Fernando Pampanga).
»	»	»	II sac. Jesus Galang (San Fernando Pampanga).
	»	»	II sac. Marcelino de Leon (San Fernando Pampanga),
»	»	»	II sac. Aquilino Ordonez (San Fernando Pampanga).
»	»	»	II sac. Pedro Magtoto (San Fernando Pampanga).
8	ottobre	»	II sac. Oskar Kopp (Friburgo/Brs).
28	»		II sac. Ovidio Félix Tripodi (Buenos Aires).
»	»	»	U sac. Domingo Carmelo Genise (Buenos Aires).
12	novembre		II sac. Adelchi Fantini (Sessa Aurunca).
»	»	»	II sac. Mario Sullo (Sessa Aurunca).
13		»	II sac. Giovanni Pace (Todi).
»			II sac. Giuliano Pazzaglia (Todi).
»	»	»	II sac. Duilio Perni (Todi).
15	»	»	II sac. Melanio Joven Raymundo (Manila).
»	»		II sac. Piero Barbièri (Sarzana).

15	novembre	1982.	Il sac. Lucio Bertella (Sarzana).
»	»	»	II sac. Enzo Freggia (Sarzana).
»	»	»	II sac. Vincenzo Bo (La Spezia).
»	»	»	II sac. Attilio Castiglione (La Spezia).
	»		II sac. Franco Ricciardi (La Spezia).
	»		II sac. Carlo Ricciardi (Sarzana).
17	»	»	II sac. Renato -Chiapparoli (Bobbio).
»			II sac. Tommaso Ribero (Cuneo).
»	»	»	II sac. Ettore Ballerini (Tortona).
19	»	»	II sac. Aldo Martini (Cuneo).
23	»	»	II sac. Pietro Margini (Reggio Emilia).
	»	»	II sac. Giuseppe Lugari (Reggio Emilia).
»	»	»	II sac. Battista Guidetti (Reggio Emilia).
»			II sac. Gustavo Dossi (Reggio Emilia).
»	»	»	II sac. Pietro Ferraboschi (Reggio Emilia)
27	»	»	II sac. Walter Zaban (Udine).
9	dicembre	»	II sac. Antonio Nigro (Taranto).
»	»	»	II sac. Claudio Privileggi (Gorizia).
11	»	»	II sac. Luigi Di Bella (Caltagirone).
		»	II sac. Umberto Pedi (Caltagirone).
		»	II sac. Luigi Frascarolo (Alessandria).
»	»	»	II sac. Gian Piero Gosio (Alessandria).
20	• »	»	II sac. Sigismundus Labuda (Chelmno).
»	»		II sac. Luigi Monachesi (Macerata).

ONORIFICENZE

Con Biglietti dèlia Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

26	aprile	1982.	Al sig. Rudolf Rasser (Wien).
28	»	»	Al sig. Julius Schuster (Wien).
11	dicembre	»	Al sig. Jerzy Turowicz (Krakow).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno classe civile:

24	giugno	1982.	Al sig. Philippe de Thysebaert (Namur).
18	agosto	»	Al sig. Rocco Curcio (Palermo).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11	giugno	1982.	Al sig. Jean Godeaux (Mechelen-Brussel).
9	luglio	»	Al sig. Robert Norden (Wien).
»	»	»	Al sig. Wilhelm Hellenbroich (Chur).

18	agosto	1982.	Al sig. Cesare Barbara Azzarello (Palermo).
		»	Al sig. Michele Mastrosimone (Palermo).
»		»	Al sig. Giuseppe Orlandi (Palermo).
		»	Al sig. Giovanni Battista Torregrossa (Palermo).
			Al sig. Giuseppe Vacirca (Palermo).
»	»	»	Al sig. Amedeo Ziino (Palermo).
8	settembre	»	Al sig. Umberto Prugnoli (Roma).
»	»	»	Al sig. Tarcisio Cimetta (Roma).
16	novembre	»	Al sig. Dario Hoffmann (Venezuela).
22		»	Al sig. Benedetto Argentieri (Roma).
»	»	»	Al sig. Giorgio Stoppa (Roma).
	»	»	Al sig. Giancarlo De Luca (Roma).
24			Al sig. Nello Pannini (Siena).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12	giugno	1982.	Al sig. Edmund Doyle (Roma).
[illegible]	luglio	»	Al sig. Harry McNeely (Saint Paul and Minneapolis).
»	»	»	Al sig. John Francis Dono van (Saint Paul and Minneapolis).
		»	Al sig. John McHugh (Saint Paul and Minneapolis).
		»	Al sig. Gerald Rauenhorst (Saint Paul arid Minneapolis).
		»	Al sig. Kammer R. Günter Pichl (Wien).
		»	Al sig. Franz Sagaischek (Wien).
»			Al sig. Kammer R. Kar Wurschy (Wien).
3	settembre	»	Al sig. Littleton John (Le Havre).
7	»	»	Al sig. Raymond Inbona (Le Havre).
29		»	Al sig. Francis Bauer (Rockville Centre).
19		»	Al sig. Ronaldo Asunción (Manila).
22	novembre	»	Al sig. Luciano Roncaccia (Frascati).
»	»	»	Al sig. Roberto Semprini (Albano).
	»	»	Al sig. Alberico Novelli (Roma).
»		»	Al sig. Mario Caiola (Roma).
»		»	Al sig. Maurizio Trombetta (Roma).
5	dicembre	»	Al sig. Michael Wilson (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26	aprile	1982.	Al sig. Karl Gruber (Wien).
3	luglio	»	Al sig. Heinrich Heizer (Wien).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

18	agosto	1982.	Al sig. Eugenio Di Pasquale (Palermo).
12	gennaio	1983.	Al sig. Francesco Gligora (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24	aprile	1982.	Al sig. Alvar Blomqvist (Stockholm).
26	»	»	Al sig. Walter Kepka (Wien).
»	»	»	Al sig. Erhard Kutschera (Wien).
9	luglio	»	Al sig. Walter Rieger (Coirà).
»	»	»	Al sig. Gerhard Reichelt (Wien).
	»	»	Al sig. Johan Schnetzer (Wien).
»	»	»	Al sig. Heribert Preitschopf (Wien).
13	agosto	»	Al sig. Norbert Lercange (Mechelen-Brussel)
18			Al sig. Nino Ohio vari (Palermo).
»	»	»	Al sig. Guido Savagnone (Palermo).
3	settembre	»	Al sig. Paolo Bruno di Noia *(Italia).*
29	»		Al sig. John David Trail (Sydney).
19	ottobre	»	Al sig. Willy Stuivers (Mechelen-Brussel).
»	»	»	Al sig. François Pornel (Mechelen-Brussel).
13	novembre	»	Al sig. André Gutzwiller (Basilea).
24		»	Al sig. Karl Holler (Aachen).
9	dicembre	»	Al sig. Cesare Massimano *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Rosario Maturano (Taranto).
11	»	»	Al sig. Pietro Piersimoni (Pergola).
	»		Al sig. Ermanno Amisano (Alessandria).
»		»	Al sig. Vittorio Guido (Alessandria).
	»	»	Al sig. Giovanni Sisto (Alessandria).
»	»	»	Al sig. Luigi Visconti Alessandria).
	»	»	Al sig. Alberto Marrapese (Roma).
12	gennaio	1983.	Al sig. Antonio Tesoriere (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26	febbraio	1982.	Al sig. Pietro De Paulis (Udine).
26	aprile	»	Al sig. Hubert Brunner (Wien).
»	»	»	Al sig. Hermann Gluck (Wien).
»	»	»	Al sig. Walter Lehner (Wien).
31	maggio	»	Al sig. Maurice D'Haeye (Anvers).
»	»	»	Al sig. Frans Wildiers (Anvers).
19	giugno	»	Al sig. Armand Bal (Anvers).
9	luglio		Al sig. Trat Anton Joiser (Anvers).
»	»		Al sig. Anton Kuhn (Wien).
13	»	»	Al sig. Damian Ddumba Lujungirwa (Kampala).
14	»	»	Al sig. Herman Joseph Soekadji (Manokwari-Sorong)
13	agosto	»	Al sig. Carolus Höne (Einsenstadt).
8	settembre	»	Al sig. Gabriele Bianchini (Roma).
»	»	»	Al sig. Antonio Montosi (Roma).
15	novembre	»	Al sig. Julius Villamor (Manila).
17	»	»	Al sig. Felicisimo Agas (Malolos).
»	»	»	Al sig. Candido y Del Mundo Martin (Malolos).
19	»		Al sig. Giuseppe Diener (Roma).

19 novembre 1982. Al sig. Pietro Vicini (Boma).
24 » » Al sig. Bruno Gárassino (Boma).
7 gennaio 1983. Al sig. Francesco Oarcano (Milano).

NECROLOGIO

3 febbraio 1983. Card. Antonio Samorè, del Titolo della Chiesa Suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
» Mons. Secondo Tagliabue, Vescovo già di Anglona-Tursi *(Italia).*
14 » Mons. Lorenzo Bianchi, Vescovo già di Hong Kong.
15 » Mons. James V. Pardy, Vescovo già di Cheong Ju *(Corea).*
16 » Mons. José Villalón Mercado, Vescovo tit. di Ermiana.
» » Mons. Manuel Dos Santos Rocha, Arcivescovo, Vescovo già di Beja *(Portogallo).*
20 » Mons. Pedro P. Tenreiro Francia, Vescovo già di Gua<nare *(Venezuela).*
» Mons. Anthony Chow Wei-tao, Vescovo di Fengsiang *(Cina).*
25 » Mons. Albert Hermelink Gentiaras, Vescovo già di Tanjungkarang *(Indonesia).*
1 marzo » Mons. Saverio Zupi, Arcivescovo tit. di Serra.
3 » » Mons. Giuseppe Rossi, Vescovo tit. di Palmira.
» » » Mons. Emilien Frenette, Vescovo già di Saint-Jérôme *(Canada).*
» Mons. Joseph McGee, Vescovo già di Galloway *(Gran Bretagna).*
» Mons. Buenaventura Jáuregui Prieto, Vescovo già di Zipaquirá *(Colombia).*

An. et vol. LXXV | 9 Aprilis 1983 | Pars I, N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Modus procedendi in Causarum canonizationis instructione recognoscitur et Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum nova datur ordinatio.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

DIVINUS PERFECTIONIS MAGISTER et exemplar, Christus Iesus, qui una cum Patre et Spiritu Sancto « unus sanctus » celebratur, Ecclesiam tamquam sponsam dilexit atque seipsum pro ea tradidit, ut illam sanctificaret sibique ipse gloriosam exhiberet. Praecepto igitur dato omnibus discipulis suis, ut perfectionem Patris imitarentur, in omnes Spiritum Sanctum mittit, qui eos intus moveat, ut Deum diligant ex toto corde, utque invicem sese diligant, quemadmodum ille eos dilexit. Christi asseclae — uti per Concilium Vaticanum II monemur — non secundum opera sua, sed secundum propositum et gratiam Eius vocati atque in Iesu Domino iustificati, in fidei baptismate vere filii Dei et consortes divinae naturae, ideoque reapse sancti effecti sunt.[1]

Inter hos quovis tempore plures Deus eligit, qui Christi exemplum proximius secuti, sanguinis effusione aut heroico virtutum exercitio praeclarum Regni caelorum praebeant testimonium.

Ecclesia autem, quae inde a primaevis christianae religionis tem-

[1] Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 40.

poribus Apostolos et Martyres in Christo arctius nobis coniunctos esse semper credidit, eos simul cum beata Virgine Maria et sanctis Angelis peculiari veneratione prosecuta est, eorumque intercessionis auxilium pie imploravit. Quibus mox adnumerati sunt alii quoque qui Christi virginitatem et paupertatem pressius erant imitati, et tandem ceteri quos praeclarum virtutum christianarum exercitium ac divina charismata piae fidelium devotioni et imitationi commendabant.

Dum illorum vitam conspicimus, qui Christum fideliter sunt secuti, nova quadam ratione ad futuram Civitatem inquirendam incitamur et tutissime viam edocemur qua, inter mundanas varietates, secundum statum condicionemque unicuique propriam, ad perfectam cum Christo coniunctionem seu sanctitatem pervenire possumus. Nimirum tantam habentes impositam nubem testium, per quos Deus nobis fit praesens nosque alloquitur, ad Regnum suum in caelis adipiscendum magna virtute attrahimur.[2]

Quae signa et vocem Domini sui maxima cum reverentia et docilítate suscipiens, Sedes Apostolica, ab immemorabilibus temporibus, pro gravi munere sibi concredito docendi, sanctificandi atque regendi Populum Dei, fidelium imitationi, venerationi et invocationi proponit viros et mulieres caritatis aliarumque evangelicarum virtutum fulgore praestantes, eosque, post debitas pervestigationes peractas, in sollemni canonizationis actu Sanctos vel Sanctas esse declarat.

Causarum canonizationis instructio, quam Praedecessor Noster Xystus V Congregationi Sacrorum Rituum ab ipso conditae concredidit,[3] decursu temporum novis semper aucta fuit normis, praesertim Urbani VIII opera,[4] quas Prosper Lambertini (postea Benedictus XIV), experientias quoque transacti temporis colligens, posteris tradidit in opere quod *De Servorum Dei beatificatione et ole Beatorum canonizatione* inscribitur, quodque regula exstitit per duo fere saecula apud Sacram Rituum Congregationem. Huiusmodi normae tandem substantialiter receptae fuerunt in *Codicem Iuris Canonici,* anno 1917 publici iuris factum.

[2] Cfr. *ibid.,* n. 50.

[3] Const. Apost. *Immensa Aeterni Dei,* diei 22 ianuarii 1588. Cfr. *Bullarium Romanum,* Ed. Taurinensis, t. VIII, pp. 985-999.

[4] Litt. Apost. *Caelestis Hierusalem cives,* diei 5 iulii 1634; *Urbani VIII P.O.M. Decreta servanda in canonizatione et beatificatione Sanctorum,* diei 12 martii 1642.

Cum vero maxime auctus historicarum disciplinarum progressus nostris temporibus necessitatem ostendisset aptiore laboris instrumento competentem Congregationem ditandi, ut postulatis artis criticae melius responderet, Decessor Noster f.r. Pius XI Apostolicis Litteris *Già da qualche tempo* motu proprio die 6 mensis februarii anno 1930 editis, « Sectionem historicam » apud Sacram Rituum Congregationem instituit, eique studium causarum ((historicarum» concredidit.[5] Die autem 4 ianuarii anno 1939 idem Pontifex *Normas servandas in construendis processibus ordinariis super causis historicis*[6] edi iussit, quibus processum ((apostolicum » reapse supervacaneum reddidit, ita ut in causis ((historicis» exinde unicus processus auctoritate ordinaria factus sit.

Paulus VI autem, Litteris Apostolicis *Sanctitas clarior* motu proprio die 19 martii anno 1969 editis,[7] statuit, ut etiam in causis recentioribus unicus fieret processus cognitionalis seu ad colligendas probationes, quem Episcopus instruit praevia tamen venia Sanctae Sedis.[8] Idem Pontifex, Constitutione Apostolica *Sacra Rituum Congregatio*[9] diei 8 maii 1969, loco Sacrae Rituum Congregationis duo nova constituit Dicasteria, quorum uni munus concredidit Cultum divinum ordinandi, alteri vero causas sanctorum tractandi; eadem data occasione ordinem in iisdem procedendi aliquantum immutavit.

Post novissimas experientias, denique, Nobis peropportunum visum est instructionis causarum viam ac rationem ulterius recognoscere ipsamque Congregationem pro Causis Sanctorum ita ordinare, ut et doctorum exigentiis obviam fieremus, et desideriis Fratrum Nostrorum in episcopatu, qui pluries flagitaverunt ipsius rationis agilitatem, servata tamen soliditate investigationum in negotio tantae gravitatis. Putamus etiam, praelucente doctrina de collegialitate a Concilio Vaticano II proposita, valde convenire ut ipsi Episcopi magis Apostolicae Sedi socientur in causis sanctorum pertractandis.

In posterum, igitur, abrogatis ad rem quod attinet omnibus legibus cuiusvis generis, has quae sequuntur statuimus normas servandas.

[5] *AAS* 22 (1930), pp. 87-88.
[6] *AAS* 31 (1939), pp. 174-175.
[7] *AAS* 61 (1969), pp. 149-153.
[8] *IUd.*, nn. 3-4.
[9] *AAS* 61 (1969), pp. 297-305.

I

DE INQUISITIONIBUS AB EPISCOPIS FACIENDIS

1) Episcopis dioecesanis vel Hierarchis ceterisque in iure aequiparatis, intra fines suae iurisdictionis, sive ex officio, sive ad instantiam singulorum fidelium vel legitimorum coetuum eorumque procuratorum, ius competit inquirendi circa vitam, virtutes vel martyrium ac famam sanctitatis vel martyrii, asserta miracula, necnon, si casus ferat, antiquum cultum Servi Dei, cuius canonizatio petitur.

2) In huiusmodi inquisitionibus Episcopus iuxta peculiares Normas a Sacra Congregatione pro Causis Sanctorum edendas procedat, hoc quidem ordine :

I° A postulatore causae, legitime ab actore nominato, accuratam informationem de Servi Dei vita exquirat, simulque ab eo edoceatur de rationibus quae causae canonizationis promovendae favere videantur.

2° Si Servus Dei scripta a se exarata publice edidit, Episcopus curet ut eadem a censoribus theologis examinentur.

3° Si nihil contra fidem bonosque mores in iisdem scriptis repertum fuerit, tunc Episcopus alia scripta inedita (epistulas, diaria, etc.) necnon omnia documenta, quoquo modo causam respicientia, perquiri iubeat a personis ad hoc idoneis, quae, postquam munus suum fideliter expleverint, relationem de perquisitionibus factis componant.

4° Si ex hucusque factis Episcopus prudenter iudicaverit ad ulteriora procedi posse, curet ut testes a postulatore inducti aliique ex officio vocandi rite examinentur.

Si vero urgeat examen testium ne pereant probationes, ipsi interrogandi sunt etiam nondum completa perquisitione documentorum.

5° Inquisitio de assertis miraculis ab inquisitione de virtutibus vel de martyrio separatim fiat.

6° Inquisitionibus peractis, transumptum omnium actorum in duplici exemplari ad Sacram Congregationem mittatur, una cum exemplari librorum Servi Dei a censoribus theologis examinatorum eorumque iudicio.

Episcopus praeterea adiungat declarationem de observantia decretorum Urbani VIII super non cultu.

II

DE SACRA CONGREGATIONE PRO CAUSIS SANCTORUM

3) Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, cui praeest Cardinalis Praefectus, adiuvante Secretario, munus est, ut ea agat quae ad canonizationem Servorum Dei pertinent, et quidem tum Episcopis in causis instruendis consilio atque instructionibus assistendo, tum causis funditus studendo, tum denique vota ferendo.

Ad eamdem Congregationem spectat decernere de iis omnibus quae ad authenticitatem et conservationem reliquiarum referuntur.

4) Secretarii officium est:

I° relationes cum externis, praesertim cum Episcopis qui causas instruunt, curare;

2° discussiones de merito causae participare, votum ferendo in congregatione Patrum Cardinalium et Episcoporum;

3° relationem, Summo Pontifici tradendam, de votis Cardinalium et Episcoporum conficere.

5) In munere suo adimplendo Secretarius adiuvatur a Subsecretario, cui competit praesertim videre utrum legis praescripta in causarum instructione adimpleta fuerint, necnon a congruo numero Officialium minorum.

6) Pro studio causarum apud Sacram Congregationem adest Collegium Relatorum, cui praeest Relator generalis.

7) Singulorum Relatorum est:

I° una cum externis cooperatoribus causis sibi commissis studere atque Positiones super virtutibus vel super martyrio parare;

2° enodationes historicas, si quae a Consultoribus requisitae fuerint, scriptis exarare;

3° Congressui theologorum tamquam expertos adesse, sine tamen voto.

8) Inter Relatores unus aderit specialiter deputatus pro elucubratione Positionum super miraculis, qui intererit Coetui medicorum et Congressui theologorum.

9) Relator generalis, qui praesidet Coetui Consultorum historicorum, adiuvatur a nonnullis Adiutoribus a studiis.

10) Apud Sacram Congregationem unus adest Promotor fidei seu Praelatus theologus, cuius est :

I° Congressui theologorum praeesse, in quo votum fert;

2° relationem de ipso Congressu parare;

3° congregationi Patrum Cardinalium et Episcoporum tamquam expertum adesse, sine tamen voto.

Pro una aliave causa, si opus fuerit, a Cardinali Praefecto nominari poterit Promotor fidei ad casum.

11) Causis sanctorum tractandis praesto sunt Consultores ex diversis regionibus acciti, alii in re historica alii in theologia praesertim spirituali periti.

12) Pro examine sanationum, quae tamquam miracula proponuntur, habetur apud Sacram Congregationem coetus in arte medica peritorum.

III

DE MODO PROCEDENDI IN SACRA CONGREGATIONE

13) Cum omnia acta et documenta causam respicientia Episcopus Romam miserit, in Sacra Congregatione pro Causis Sanctorum hoc modo procedatur :

I° Ante omnia Subsecretarius scrutatur utrum in inquisitionibus ab Episcopo factis omnia legis statuta servata sint, et de exitu examinis in Congressu ordinario referet.

2° Si Congressus iudicaverit causam instructam fuisse ad legis normas, statuet cuinam ex Relatoribus committenda sit; Relator vero una cum cooperatore externo Positionem super virtutibus vel super martyrio conficiet iuxta regulas artis criticae in hagiographia servandas.

3° In causis antiquis et in iis recentioribus, quarum peculiaris indoles de iudicio Relatoris generalis id postulaverit, edita Positio examini subicienda erit Consultorum in re speciatim peritorum, ut de eius valore scientifico necnon sufficientia ad effectum de quo agitur votum ferant.

In singulis casibus Sacra Congregatio potest Positionem etiam aliis viris doctis, in Consultorum numerum non relatis, examinandam tradere.

4° Positio (una cum votis scriptis Consultorum historicorum necnon novis enodationibus Relatoris, si quae necessariae sint) tradetur Consultoribus theologis, qui de merito causae votum ferent; quorum est, una cum Promotore fidei, causae ita studere, ut, antequam ad discussionem in Congressu peculiari deveniatur, quaestiones theologicae controversae, si quae sint, funditus examinentur.

5° Vota definitiva Consultorum theologorum, una cum conclusionibus a Promotore fidei exaratis, Cardinalibus atque Episcopis iudicaturis tradentur.

14) De assertis miraculis Congregatio cognoscit sequenti ratione:

1° Asserta miracula, super quibus a Relatore ad hoc deputato paratur Positio, expenduntur in coetu peritorum (si de sanationibus agitur, in coetu medicorum), quorum vota et conclusiones in accurata relatione exponuntur.

2° Deinde miracula discutienda sunt in peculiari Congressu theologorum, ac denique in congregatione Patrum Cardinalium et Episcoporum.

15) Sententiae Patrum Cardinalium et Episcoporum referuntur ad Summum Pontificem, cui uni competit ius decernendi cultum publicum ecclesiasticum Servis Dei praestandum.

16) In singulis canonizationis causis, quarum iudicium in praesens apud Sacram Congregationem pendeat, Sacra ipsa Congregatio peculiari decreto statuet modum ad ulteriora procedendi, servata tamen mente huius novae legis.

17) Quae Constitutione hac Nostra praescripsimus ab hoc ipso die vigere incipiunt.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus est, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Ianuarii, anno **MCMLXXXIII**, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SATMARIENSIS ET MAGNOVARADINENSIS

Dioeceses Satmariensis et Magnovaradinensis Latinorum in Romania, aeque principaliter coniunctae, apostolica auctoritate mutuo separantur et seiunguntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem spiritali Christifidelium commodo perpetuo consulentes suorum Venerabiles Fratres Episcopi atque Ordinarii locorum in Romania, quorum quidem intererat, hac ab Apostolica flagitaverunt Sede ut dioeceses ibidem Satmariensis et Magnovaradinensis Latinorum — quondam per decretum Sacrae Congregationis tunc Consistorialis die ix mensis Aprilis anno MCMXLVIII aeque principaliter coniunctae — rursus mutuo separarentur, et quoniam ipsa Sacra Congregatio pro Episcopis, antea quidem consecuta sententiam omnino secundam Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis, censuit hanc rerum mutationem efficaciori animarum rectioni sine dubio profuturam, Nos ex apostolicae potestatis Nostrae plenitudine decernimus harum Litterarum vi virtù teque ut commemoratae supra dioeceses rite seiungantur inter se et omne quodlibet inter eas iuridiciale vinculum pariter tollatur. Quod ut secundum Ecclesiae leges legitime peragatur consilium Nostrum, destinamus Venerabilem Fratrem Antonium Jakab, Episcopum Albae Iuliensis, cui simul necessarias cunctas concedimus opportunasque facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum; volumus tamen ut peractae ita rerum exsecutionis documentum verum idem exsecutor quam primum curet ad Sacram Congregationem pro Episcopis transvehendum. Contrariis quibuslibet rebus neutiquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Octobris, anno Domini MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 102072.

II
BANGUEDENSIS ET ALIARUM

Praelaturae Banguedensis, Ibana, luganensis, Kidapavanensis, Malaibalaiensis, Marbeliana, Sancti Iosephi de Antiquonia, Bayombongensis ad dioecesis dignitatem evehuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Decessores Nostri Romani Pontifices Praelaturam Banguedensem aliasque quae infra memorantur condiderunt, quasi Insulas Philippinas novis Ecclesiis stellantes, eo profecto consilio ducti sunt, ut postquam Praelaturae illae ad maturitatem tum fidei tum disciplinae pervenissent, in dioecesium formam, quasi adultae aetatis Ecclesiae, redigerentur. Quod cum feliciter factum sit, sive foederatarum Ecclesiarum auxiliis, sive Missionariorum labore, quorum operam laudamus, eaedemque Praelaturae iusta iam firmitate polleant, petiit Conferentia episcopalis Insularum Philippinarum ab hac Apostolica Sede, ut ad gradum atque dignitatem dioecesium eveherentur. Nos autem, rati hoc bene cedere posse populis illis admotis precibus concedendum esse arbitramur. Qua re audito quid Venerabilis Frater Bruno Tor pigliani de negotio censeret, Archiepiscopus titulo Mallianensis atque in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, ac quid Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales iudicarent, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, haec statuimus. Praelaturas Banguedensem, Ibanam, luganensem, Kidapavanensem, Malaibalaiensem, Marbelianam, Sancti Iosephi de Antiquonia, Bayombongensem in dioecesis formam redigimus iisdem cum nominibus atque finibus quibus nunc cognominante atque uniuntur. Item Sedes episcopales illarum, eaedem erunt quae nunc, praelaticiis templis ad cathedralium dignitatem evectis, cum iuribus debitis. Conditas Ecclesias iisdem metropolitam^ Sedibus subicimus, quibus ad hunc diem subiectae fuerunt Praelaturae; similiter Episcopos Metropolitis. Harum autem mensae episcopales coalescent sive Curiarum emolumentis singularum, sive fidelium collationibus, sive bonis, si qua sunt, quae ad mensas praelaticias pertinuerunt,

pro rata parte nempe. Ad hoc, in unaquaque dioecesi Canonicorum Collegium condatur per alias Litteras Apostolicas; quod tamen dum fiat, Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo assint consilio, opera. Ad novarum Ecclesiarum regimen quod pertinet, administrationem, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia, normae Iuris Canonici ad amussim sequentur. Pariter de Seminariis struendis de iisque moderandis leges iuris communis observentur, ratione habita tum Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius», tum praescriptorum Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. In novis dioecesibus vocationes ecclesiasticae summo studio curentur; ita ut suo tempore lecti iuvenes Romam mitti possint ad Collegium Pontificium Philippinum philosophia sacraque theologia disciplinis imbuendi. Tandem Venerabiles Fratres qui in praesentia Praelaturas regunt, iam omnes Episcopos ordinarios earundem nominamus, priore vinculo absolutos, cum iuribus iustis, excepta dioecesi S. Iosephi quae vacat. Ceterum, haec omnia Venerabilis Frater Bruno Torpigliani exsequenda curabit, vel quem ipse legaverit, modo virum in ecclesiastica dignitate constitutum, factis scilicet necessariis potestatibus. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur quam citius, rite subscripta ac sigillo impressa. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinta decima mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quinto.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

& **SEBASTIANUS** Card. B**AGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab., n. 102W/.

III
PALENSIS

Nonnullis ab ecclesiastica provincia Caebuana detractis partibus, Palensis constituitur provincia ecclesiastica et sedes metropolitana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad fidelium Christi bonum consequendum Summi Pontifices per saecula sine intermissione suum gravissimum officium esse duxerunt aptas ecclesiasticas circumscriptiones distribuere et definire; quorum vestigia Nos insistere curamus. Cum igitur sacrorum Antistites ecclesiasticae provinciae Caebuanae, audita Philippinarum Insularum Conferentia Episcopali, ad unum omnes a Sede Apostolica postulavissent ut distractis nonnullis ab eadem provincia portionibus nova constitueretur ecclesiastica provincia Palensis appellanda, Nos cognita favente sententia Venerabilis Fratris Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis et in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, et audito consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, petitioni putavimus esse assentiendum, rati eiusmodi concessionem in animarum utilitatem esse cessuram. Eam ob rem, quorum intererat vel sua interesse praesumentium suppleto consensu, Apostolica Nostra potestate quae sequuntur statuimus et decernimus. Palensem dioecesim ab ecclesiastica provincia Caebuana seiungimus et sedem metropolitanam facimus, iuribus et privilegiis ornatam, quibus ceterae archiepiscopales sedes ad normam iuris communis utuntur. Ei autem suffraganeas dioeceses assignamus : Calbayoganam, Boronganensem et Catamarniensem, quas a provincia ecclesiastica Caebuana separamus. Palensem insuper pro tempore Antistitem archiepiscopali dignitate decoramus et gradu Metropolitae insignimus, datis iuribus et privilegiis atque oneribus et obligationibus impositis, quibus ceteri Metropolitae et fruuntur et obligantur iuxta sacrorum canonum normas. Qui denique in praesentia est Episcopus Palensis, Venerabilem Fratrem Ciprianum Urgel Villahermosa, ad dignitatem archiepiscopalem promovemus et Metropolitam creamus, congruis iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus donatum et obstrictum. Haec perficienda committimus

Venerabili Fratri Brunoni Torpigliani, factis ei necessariis et opportunis facultatibus etiam alii ea delegandi, modo in ecclesiastica dignitate constituto. Ee vero acta documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis primo quoque tempore mittantur, rite signata et sigillo impressa.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quintodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 102135.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Aedes Deo dicata in honorem Sanctae Margaritae in loco « Osterhofen-Altenmarkt » dioecesis Passaviensis dignitate et titulo Basilicae minoris cohonestatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Praecipua omnino quaedam Passaviensem intra dioecesim tum divini plurima saecula cultus tum artis recentius christianae tum vitae hodie catholicae operaeque sedes praedicatur merito quidem ac frequentatur aedes Sanctae Margaritae sacra in oppido « Osterhof en-Altenmarkt » communiter appellato. Quin ((Aula Dei » illa iure nimirum potissimus aestimatur religionis locus media in Danuvii valle. Cui igitur saeculari iam honori et usui ut liturgicus ipse templi status magis usquequaque conveniret, utque fidei inde studium circumiacentis populi ac fidelitas eius erga Ecclesiam et Romanum Pontificem confirmaretur maxime, immo vehementi quadam vi nova inflammaretur, Antistes Passaviensis, Venerabilis Frater Antonius Hofmann, censuit a Sede Apostolica datis litteris peti ut idem

sacellum ad Basilicae Minoris gradum eveheretur et dignitatem, plane scilicet fore confisus ut novus perhonorificus titulus omnium mentes dirigens superiorem in templi gloriam excitaret novum illinc nominis operisque christiani florem. Simili Nos rerum exspectatione laetati obsecundamus libenter oblatis ita precibus atque de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino deque apostolicae potestatis Nostrae plenitudine constituimus harum Litterarum virtute ut sacra quam memoravimus aedes Deo dicata Sanctae ad Margaritae honorem in loco ((Osterhofen-Altenmarkt » dioecesis Passaviensis cohonestetur dignitate tituloque Basilicae Minoris dum ei legitime adduntur iura cuncta ac privilegia quae aedificiis illo insignibus nomine congruunt. Praecipimus vero ut universa ad amussim observentur ea quae secundum Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno **MCMLXVIII** foras datum servari oportet. Contrariis quibusvis haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Decembris, anno **MCMLXXXII**, Pontificatus Nostri quinto.

A**UGUSTINUS** Card. C**ASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco Qi **Sigilli**
In Secret. Status tab., n. 101.989.

II

Paroeciale templum Beatae Virgini Mariae sub titulo « S. Maria in Vineis » in urbe Ianua dicatum ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Non est dubium quin celeberrimi ac notissimi Ianuensis populi, cuius quidem maiorum bene de civitate ac religione meritorum praeclarae res gestae memoria sunt dignae, non modo catholicam fidem sed peculiarem etiam erga B. V. Mariam cultum testentur frequentiora ipsa templa, quibus abundare principem Liguriae urbem plane constat. Iis vero Ianuae aedibus Deiparae iam diutissime sacratis, ut etiam scripto est traditum, insigne annumerate templum « B . V. Mariae in Vineis» dicatum, quod idem et «primum sanctuarium civitatis ianuensis» ab immemorabili dicitur, cuiusque dignitas et Collegiatae officia inde ab anno **MLXI**, anno autem MCXLVii paroeciae munera sunt in tabulis relata. Quae cum ita sint,

cumque in eiusmodi paroeciali templo provida ac sollerti industria sacerdotum addictorum sive sueta expediantur ministeria pastoralia sive alia aetati nostrae consentanea foveantur incepta ad christiane vivendum perutilia, precibus Venerabilis Fratris Nostri Cardinalis Iosephi Siri, Archiepiscopi Ianuensis, assentiendum esse censemus, qui, sua ipse suique cleri ac populi vota expromendo, haud ita pridem petiit ut praestabile, quod diximus, templum honore ac titulo Basilicae Minoris decoraretur. Nos igitur, propositam Nobis ratam habentes sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, vi et potestate Nostra Apostolica per has Litteras perpetuumque in modum Ianuense templum paroeciale ((B. V. Mariae in Vineis» dicatum ad titulum ac decorem Basilicae Minoris evehimus cunctisque insignimus iuribus necnon liturgicis privilegiis, quae ad cetera huius ordinis templa pertinent; servatis tamen secundum Decretum ((de titulo Basilicae Minoris » servandis, quod die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII est evulgatum. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Iubemus insuper has Litteras Nostras religiose observari suosque in praesens et in posterum effectus habere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Ianuarii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 102866.

III

In urbe archidioecesis Monterreyensis eodem nomine appellata templum Deiparae sub titulo « B. M. Virgini de Guadalupe » dicatum ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pro certo scimus in clara archidioecesi Monterreyensi proprieque in eius urbe eodem nomine appellata egregium exstare sanctuarium Sanctissimae B. V. Mariae de Guadalupe iam pridem dedicatum maioreque recens amplitudine auctum, quod non modo complures attrahit undique illius regionis fideles sacrae peregrinationis causa sed etiam haud parum confert tum ad catholicam

multorum fidem alendam christianamque caritatem fovendam tum ad specialem eorum cultum erga dulcissimam Redemptoris Matrem salutariter excitandum corroborandum perpetuandum. Quae cum ex Dei gratia ita sint, Nos, qui consilia quidem capimus omniaque proposita participamus quibus verae Populi Dei utilitati prospiciatur aut certus honor tantae Matri tribuatur, concedendum esse putamus precibus venerabilis Fratris Iosephi de Iesu Tirado Pedraza, Archiepiscopi ac pastoris Monterreyensis, qui, sua simul suique cleri ac populi expromens vota, petiit ut memoratum templum praestabili Basilicae Minoris titulo insigniretur. Ratam igitur habentes propositam Nobis sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, cui rem detulimus, de plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hasce per Litteras perpetuumque in modum eiusmodi sanctuarium Monter - reyense, quod diximus, « B . M. Virgini de Guadalupe» pie dicatum frequentiusque a Christifidelibus celebratum ad titulum ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus cunctaque ei tradimus iura ac privilegia ceterorum huius ordinis templorum propria; servatis tamen secundum Decretum «de titulo Basilicae Minoris» servandis, quod die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII est evulgatum. Contrariis non obstantibus. Has denique Litteras Nostras iubemus religiose observari suosque ipsas nunc et in posterum habere effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Ianuarii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 102S09.

IV

S. Rosa a Viterbio Virgo confirmatur Patrona floricultorum et floristarum dioecesium Viterbiensis, Tuscanensis, Faliscodunensis, Aquipendiensis, Balneoregiensis.

IOANNES PAULUS **PP.** II

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatos caelites a Christifidelibus coli et invocari, quin et dioecesium vel diversorum ordinum civium ceu Patronos cooptari, id profecto Ecclesia catholica vehementer adprobat : sunt enim Sancti non solum cari Deo, eiusque voluntatis sol-

lertissimi custodes, sed etiam exempla egregia virtutum, quibus fideles insistant, et potentes summi Numinis administri, qui mortalium necessitatibus subvenire possint, a periculisque omnes genus eos prohibere. Qua re, cum Venerabilis Frater Aloisius Boccadoro, Episcopus Viterbiensis, Tuscanensis, Faliscodunensis, Aquipendiensis et Administrator Apostolicus Balneoregiensis, iam ab hac Apostolica Sede, suo suorumque tum cleri tum fidelium nomine petierit, ut electionem S. Rosae Virginis Viterbiensis tamquam Patronae caelestis floricultorum et floristarum suarum dioecesium a populo factam, a se rite probatam, confirmaremus, ad normam «Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis», n. 30; Nos, sive ad antiquam religionem respicientes qua eam Christifideles et prosecuti sunt per aetates et prosequuntur, sive ad bona quae inde nasci praevidentur, sive ad intaminatam tantae Virginis gloriam, per regionem late manantem ; cum constet omnia acta esse ad iuris praescripta, aequo animo admotis precibus concedimus. Qua re, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de re statuit, factis olim a Nobis potestatibus, placet S. Rosam a Viterbio Virginem caelestem Patronam apud Deum floricultorum et floristarum dioecesium Viterbiensis, Tuscanensis, Faliscodunensis, Aquipendiensis et Balneoregiensis esse et haberi, cum iuribus et privilegiis congruentibus iuxta rubricas. Quod sive Christifidelibus omnibus, sive illorum Pastori, Nobis dilectissimis, faustum, felix fortunatumque sit. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Februarii, anno MDCCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 104695.

ALLOCUTIONES

I

Ad Exc.mum Virum Iacobum Nagai Obua-Otoa, Ugandae apud Sanctam Sedem constitutum Legatum, crediti sibi muneris testes Litteras Summo Pontifici tradentem.*

Mr Ambassador,

I am happy to extend a cordial welcome to Your Excellency as I receive from you the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of Uganda. I thank you for the kind greetings which you have conveyed from His Excellency Dr Apollo Milton Obote, and I would ask you to reciprocate his best wishes and assure him of my continuing warm regard for all the Citizens of your country. Indeed, as you have pointed out in your address, it was my pleasure recently to welcome the President to the Vatican, thus demonstrating the interest and concern that I have for your nation and its development. Since that time I have nominated a new Pro-Nuncio in Uganda, Archbishop Rauber, and I trust that this appointment will continue to strengthen the bond of communication and Cooperation between Uganda and the Holy See.

It was with much interest that I noted your références to the social rebirth and reconstruction that your country is now experiencing. I am keenly aware of the struggle that is accompanying the process of re-establishing a more stable order so that the common good may be safeguarded and advanced. Internal peace is always of primary importance for a nation properly to fulfil its responsibilities to its own people and to contribute to the international activities of the world community. Citizens should be able to live in a climate of peace so that their search for well-being may bear results. They have the legitímate expectation that their Government will do its best to ensure greater stability and security, protect the inalienable rights of the human per son and promote the value of human life. As I said in my message for the 16th World Day of Peace, this effort within a nation requires a "dialogue for peace" demanding that ali parties—civic and military leaders as well as private Citizens—ceaselessly work for reconciliation

* Die 13 m. Ianuarii a. 1983.

and understanding. It is my hope that your country will succeed in resolving the difficulties that at présent confront it, and by means of dialogue arrive at the peaceful social order to which it aspires.

For this reason I am particularly grateful for your référence to the fact that the entire Catholic Church is **Willing** to cooperate in fostering both the material and spiritual development of the people. While underlining the truth of your statement, I also pledge my own prayer s for the attainment of this goal. The clergy and laity of the Church in Uganda are positively disposed towards every effort that aims at promoting the well-being of the human per son. The Church, in fact, desires to share in "the joys and the hopes, the griefs and anxieties of the people of this age",[1] as mandated by her Divine Redeemer.

Mr Ambassador, I am filled with hope for the future of Uganda. I am confident that the same heroic courage that characterized the lives of the Martyrs of Uganda is reflected in the people of your nation today, as they seek to meet the challenges that lie before them. Thus as we embark upon this New Year, I ask Almighty God to pour forth an abundance of blessings upon you and upon the noble nation you represen t.

II

Ad quosdam Germaniae Occidentalis episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Liebe Mitbrüder im Bischofsamt!

1. Ganz herzlich begrüße ich Euch heute als die erste Gruppe der Deutschen Bischofskonferenz zu Eurem Ad-limina-Besuch hier im Vatikan. Von Euch könnten die Worte des hl. Paulus gelten, der im Galaterbrief von sich berichtet: »Ich ging hinauf (nach Jerusalem) legte der Gemeinde und im besonderen den "Angesehenen" das Evangelium vor, das ich verkünde ; ich wollte sicher sein, daß ich nicht vergeblich laufe oder gelaufen bin«.[1] In gläubiger Gemeinschaft mit dem Nachfolger des Petrus wollt auch Ihr Euch vergewissern, daß

[1] ***Grandium et Spes,* 1.**

*** Die 14 m. Ianuarii a. 1983.**

[1] ***Gal 2,* 2.**

Ihr das richtige Ziel im Auge habt und der Weg stimmt, den Ihr in Eurer pastoralen Sorge für Eure Diözesen und Gemeinden beschreitet. Besonders willkommen heiße ich den jüngsten Mitbruder unter Euch, den Bischof von Limburg, der erst im vergangenen Jahr das Bischofsamt übernommen hat. Ebenso gilt in diesem Augenblick mein dankbares Gedenken dem verehrten' und verdienten Herrn Kardinal Hermann Volk, der soeben Last und Freude einer würdigen Verabschiedung aus langjährigem treuem Dienst erfahren hat und deshalb heute nicht hier zugegen ist.

In gemeinsamer Hirtensorge fühle ich mich jedem einzelnen von Euch in den .konkreten Situationen Eurer Diözesen und Eures Amtes brüderlich verbunden und möchte meinen Teil dazu beitragen, daß dieser Ad-limina-Besuch Euch neue Kraft und Zuversicht für Euren weiteren Weg gebe. Dabei möchte ich einige grundlegende Gedanken, die in Euren persönlichen Berichten bereits anklangen, hier noch einmal aufgreifen. Indem ich sie Eurer vertieften Betrachtung vorlege, richte ich sie zugleich an alle anderen Mitglieder Eurer Konferenz, so wie meine späteren Worte an die beiden anderen Gruppen auch Euch gelten mögen.

2. Christus sagt von sich, daß er gekommen ist, daß die Menschen »das Leben haben und es in Fülle haben«.[2] Deshalb ist auch unsere Sendung in seiner Nachfolge ein Dienst am Leben. Dieser unser Auftrag als Bischöfe, als Kirche erhält gerade in der Welt von heute eine ganz spezielle Aktualität und Dringlichkeit, wie Ihr selbst es von **Seiten** Eurer Bischofskonferenz in den vergangenen Monaten deutlich zum Ausdruck gebracht habt. Mit Freude und Zustimmung habe ich von der Initiative vernommen, die Ihr gemeinsam mit den Kräften des Laienapostolates in Eurem Land ergriffen und unter das biblische Leitwort gestellt habt : *yfWähle das Lebend.*[3] Alle Kräfte in Kirche und Gesellschaft sollen mobilisiert werden, um die heute den Menschen insgesamt bedrohende Feindlichkeit dem Leben gegenüber, den mangelnden Mut zum eigenen Leben und zur Weitergabe des Lebens durch ein neues Ja zum Leben zu überwinden. Die verhängnisvollen praktischen wie theoretischen Irrtümer, die das Leben als beliebig verfügbares Gut des einzelnen oder der Gesellschaft betrachten, sollen als unverträglich mit der Würde des Menschen von möglichst vielen Mitchristen und

[2] ***Joh*** **10, 10.**
[3] ***Dtn*** **30, 19.**

Bürgern durchschaut und auf eine eindeutigere Achtung vor dem Menschenleben hin korrigiert werden.

»Wähle das Leben« - Wählt zwischen Tod und Leben, die Euch vorgelegt sind ! Diese Entscheidungsfrage, die den Israeliten vor dem Einzug ins Gelobte Land gestellt wurde, ist auch uns und den uns anvertrauten Menschen gestellt angesichts des beschwerlichen Weges in die Zukunft. Dieser Weg — das muß unsere tiefste Überzeugung und unser klares Bekenntnis sein — führt nur dann nicht ins Leere, nur dann nicht in die Irre, wenn wir ihn in der Nachfolge dessen gehen, der allein von sich sagen durfte : »Ich bin der Weg, die Wahrheit und das Leben«.[4] Leben ist nur möglich im Vertrauen auf das göttliche Erbarmen, das größer und stärker ist als alles, was uns die Hoffnung und den Mut zum Leben nehmen will. Nur in Christus erhält das Leben des Menschen seinen wahren Sinn und kann es zu seiner Fülle gelangen.

3. »Wähle das Leben« — Bei der Entfaltung dieses Appells werdet Ihr gewiß die ganze Breite des hiermit angesprochenen Wertes den Menschen vor Augen führen : angefangen bei den Fragen der Umwelterhaltung und des Tierschutzes über die zentralen Probleme des irdischen Lebens des Menschen bis hin zur Verkündigung des ewigen Lebens, zu dem sich jeder Mensch berufen wissen darf. Das hier auf Erden verbrachte menschliche Leben ist zwar ein unantastbarer Wert, aber nach unserer Uberzeugung in Ubereinstimmung mit einer hohen Tradition von Philosophie und Weisheit anderen, noch höheren Werten untergeordnet, wie zum Beispiel der Würde der Person und ihren unveräußerlichen Grundrechten. So lehrt Ihr, das Leben hier auf Erden zu lieben und es in menschenwürdiger Weise zu fördern und zu entfalten, sich zugleich aber auch auszustrecken nach der wahren Fülle eines unzerstörbaren Lebens aus der liebenden Macht Gottes.

Diese christliche Spannung ist nicht leicht verständlich zu machen ; sie gehört jedoch zum Lebensbild vieler Heiliger. Erst recht wie eine Provokation wirkt heute das Schriftwort : »Wer sein Leben um meinetwillen verliert, wird es gewinnen«.[5] Das Bekanntwerden des Lebens und Sterbens eines heiligen Christen von heute wie das Maximilian Kolbes hat aber viele Menschen wenigstens ahnen lassen, daß hier vielleicht die höchste Stufe von Lebensbejahung erreicht ist. Die tiefere Reflexion über diese letzte Möglichkeit eines Zeugnisses für die Würde des

[4] *Joh* 14, 6.
[5] *Mt* 10, 39.

Lebens führt dann auch notwendigerweise dazu, das weitverbreitete Schlagwort von der notwendigen »Selbstverwirklichung« des Menschen einer näheren Prüfung zu unterziehen. Bis zu welchem Punkt läßt sich dieser Begriff mit unserem Glauben vereinbaren? Ist nicht die Grenze genau dort gegeben, wo er das Verständnis auslöscht für jenes christliche Wagnis, »das eigene Leben zu verlieren«?

A l'approche du Jubilé de la Rédemption, je prie le Christ de vous inspirer, de vous assister, afin que votre travail serve, à son plan, son Œuvre de salut. Et de tout cœur, en vous remerciant à l'avance de votre coopération, je vous bénis, au nom du Père, du Fils et du Saint-Esprit.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Christifidelibus totius orbis catholici sacro quadragesimali tempore ineunte missus.

Chers frères et sœurs dans le Christ,

«Tous les croyants ensemble mettaient tout en commun; ils vendaient leurs propriétés et leurs biens et en partageaient le prix entre tous selon les besoins de chacun».[1]

Ces paroles de saint Luc ont grand écho en mon cœur, alors que

[1] *Ac.* 2, 44-45.

nous sommes sur le point de célébrer de nouveau la période liturgique du Carême : semaines précieusement offertes par l'Eglise à tous les chrétiens, pour les aider à réfléchir sur leur identité profonde de fils du Père céleste et de frères de tous les hommes, et à retrouver un nouvel élan de partage concret et généreux, puisque Dieu lui-même nous a appelés à fonder nos vies sur la Charité.

Nos relations avec le prochain sont donc capitales. Et lorsque je parle de « prochain », j'entends évidemment ceux qui vivent à nos côtés, dans la famille, le quartier, le village, la ville. Mais il s'agit tout autant de ceux que nous retrouvons au travail, de ceux qui souffrent, sont malades, connaissent la solitude, sont vraiment pauvres. Mon prochain est également constitué de tous ceux qui sont géographiquement très éloignés, ou exilés de leur patrie, sans travail, sans nourriture et sans vêtements, et souvent sans liberté. Mon prochain, ce sont tous ces sinistrés, complètement ruinés ou presque par des catastrophes imprévisibles et dramatiques, les plongeant dans la misère physique et morale, et très souvent dans le chagrin d'avoir perdu des êtres très chers.

Le Carême est vraiment un appel pressant du Seigneur au renouveau intérieur, personnel et communautaire, dans la prière et le retour aux sacrements, mais également dans une manifestation de charité, par des sacrifices personnels et collectifs de temps, d'argent et de biens de toutes sortes, afin de subvenir aux besoins et aux détresses de nos frères à travers le monde. Le partage est un devoir auquel tout homme de bonne volonté, et surtout les disciples du Christ, ne peuvent se dérober. Les formes du partage peuvent être multiples, depuis le volontariat où l'on propose ses services avec une spontanéité digne de l'Evangile, depuis les offrandes généreuses et même répétées, tirées de notre superflu et parfois de notre nécessaire, jusqu'au travail proposé au chômeur ou à celui qui est en train de perdre tout espoir.

Enfin, ce Carême de l'année 1983 sera une grâce extraordinaire puisqu'il coïncidera avec l'ouverture de l'Année sainte de la Rédemption, susceptible de stimuler en profondeur la vie des chrétiens, afin qu'elle corresponde encore mieux à la vocation divine qui est la leur : devenir des enfants de Dieu et de véritables frères universels, à la manière du Christ.

Au jour de l'inauguration solennelle de mon pontificat, je disais :

((Ouvrez toutes grandes vos portes au Christ ! ». Et aujourd'hui, je vous dis : Ouvrez largement vos mains pour donner vraiment tout ce que vous pouvez à vos frères dans le besoin ! N'ayez pas peur ! Soyez, tous et chacun, des artisans nouveaux et infatigables de la Charité du Christ !

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

NOTIFICATIO

qua poenae canonicae Episcopis qui illicite alios episcopos ordinaverunt illisque hoc modo illegitimo ordinatis denuo comminantur.

Exc.mus Dominus Petrus Martinus Ngô-dinh-Thuc, Archiepiscopus titularis Bullensium Regiorum, mense ianuario 1976, modo prorsus illegitimo plures presbyteros et episcopos ordinavit in pago Palmar de Troya in Hispania. Qua de causa, Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, die 17 septembris eiusdem anni, Decretum emisit (Cf. *A.A.S.* LXVIII, 1976, p. 623), quo poenae canonicae commemorabantur, in quas incurrerant sive ipse sive alii, qui hoc modo illegitimo ab eo ordinationem acceperant.

Postea idem Praelatus petivit et obtinuit absolutionem ab excommunicatione specialissimo modo Sanctae Sedi reservata quam contraxerat.

Nunc ver c huic Sacrae Congregationi constat Exc.mum D.num Ngô-dinh-Thuc, inde ab anno 1981, rursus alios presbyteros ordinavisse contra praescriptum can. 955. Immo, quod gravius est, ipse eodem anno, neglegto can. 953, sine mandato pontificio et canonica provisione, ordinem episcopalem contulit sodali religioso M.-L. Guérard des Lauriers, O.P., e natione gallica, atque sacerdotibus Moysi Carmona et Adolpho Zamora, ex Mexico oriundis; insequenti tempore Moyses Carmona sua vice contulit ordinationem episcopalem presbyteris mexicanis Benigno Bravo et Roberto Martínez, necnon presbytero americano Georgio Musey.

Exc.mus D.nus Ngô-dinh-Thuc praeterea voluit actuum a se positorum legitimitatem probare, praesertim per declarationem publici iuris factam in urbe Monacensi, die 25 februarii 1982, qua affirmabat « Sedem Ecclesiae Catholicae Romae vacantem esse » ac proinde se, quatenus Episcopum ((omnia facere ut Ecclesia Catholica Romae perduret ad salutem aeternam animarum ».

Quorum delictorum atque erronearum assertionum gravitate perpensa, Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, de speciali mandato SS.mi D.N. Ioannis Pauli Pp. II, necessarium esse existimat renovare praescripta sui Decreti diei 17 septembris 1976, quod hoc in casu plene applicatur, nempe :

1) Episcopi qui alios episcopos ordinaverunt, et ipsi episcopi ordinati, praeterquam in sanctiones, de quibus in canonibus 2370 et 2373, 1 et 3, Codicis iuris canonici, etiam in excommunicationem ipso facto incurrerunt, Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatam, de qua in Decreto Sacrae Congregationis Sancti Officii diei 9 aprilis 1951 *(A.A.S.,* XLIII, 1951, p. 217s.). Poena vero, de qua in can. 2370, et presbyteris assistentibus, si qui adfuerint, applicatur.

2) Presbyteri, hoc illegitimo modo ordinati, sunt iuxta canonem 2374 ipso facto a recepto ordine suspensi et, quatenus actum ordinis posuerint, etiam irregulares (can. 985, 7).

3) Denique, quod attinet ad eos qui hoc modo illegitimo ordinationem iam acceperunt vel qui ab his forte eandem accepturi sint, quidquid est de ordinum validitate, Ecclesia ipsorum ordinationem neque agnoscit neque agnitura est eosque, ad omnes iuris effectus, in eo statu habet, quem ipsi singuli antea habuerint, firmis manentibus, usque ad resipiscentiam, supra memoratis sanctionibus poenalibus.

Insuper haec Sacra Congregatio suum officium esse ducit christifideles enixe admonere, ut caveant a participandis aut fovendis quoque modo liturgicis activitatibus vel alius generis inceptis et operibus, quae ab iis, de quibus supra dictum est, promoveantur.[1]

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die *12* Martii 1983.

IOSEPH Card. **RATZINGER,** *Praefectus*

© Fr. Hieronymus Hamer O.P., Archiep. tit. Lorien., *a Secretis*

[1] **Quoad concordantiam singulorum canonum qui heic referuntur cum legislatione canonica nuper promulgata, cf. in novo Codice Iuris Canonici can. 1015 par. 1, 1013, 1382, 1383, 1041 6°.**

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 8 Februarii 198S. — Cathedrali Ecclesiae Foroiuliensi-Tolonensi R. D. Iosephum Madec, moderatorem S. Ludovici Francorum de Urbe.

die 12 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Sydneyensis Exc.mum P. D. Eduardum Clancy, hactenus Archiepiscopum Camberrensem.

die 23 Februarii. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Ioannis Mouisset, Episcopi Mcensis, R. D. Franciscum Saint-Macary, moderatorem Seminarii dioecesis Baionensis.

die 2J¡. Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Ardachadensi R. D. Columbanum O'Reilly, e clero eiusdem dioecesis, administratorem ecclesiae cathedralis.

die 25 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Dodgepolitanae Exc.mum P. D. Stanislaum Schlannau, hactenus Episcopum tit. Capritanum.

die 7 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Victoriensi Venetorum R. D. Eugenium Ravignani, rectorem seminarii dioecesani Tergestini.

die M Martii. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Antonii Mariae Aguirre, Episcopi Sancti Isidori in Argentina, constituit Exc.mum P. ***D.*** Alcidem Georgium Casaretto, hactenus Episcopum Raphaëliensem.

die 18 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Bononiensi Exc. P. D. Henricum Manfredini, hactenus Episcopum Placentinum.

— Metropolitanae Ecclesiae Florentinae Exc. P. D. Silvanum Piovanelli, hactenus Episcopum titularem Tubunensem in Mauretania.

die 23 Martii. — Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis Uxellensi et Terralbensi R. D. Paulum Gibertini, O. S. B., hactenus Abbatem S. Ioannis Evangelistae Parmae.

die 25 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mcivensi R. D. Iosephum Marium Stroeher, e clero Portalegrensi in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Claudii Colling, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Lubbokensi, noviter erectae, R. D. Michaelem Sheehan, e clero dioecesis Dallasensis.

— Cathedrali Ecclesiae Duluthensi, R. D. Robertum Brom, e clero dioecesis Vinonaënsis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Carinensi, R. D. Iosephum Dimino, Vicariatus Castrensis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis concancellarium, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Terentii S. R. E. Cardinalis Cooke, Ordinarii eiusdem Vicariatus.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bagaiensi, R. D. Franciscum X. Roque, militum cappellanum, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Terentii S. R. E. Cardinalis Cooke, Ordinarii Vicariatus Castrensis C.F.A.S.

— Titulari episcopali Ecclesiae Holarensi, R. D. Laurentium Kenney, e clero archidioecesis Neo-Eboracensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Terentii S. R. E. Cardinalis Cooke, Ordinarii Vicariatus Castrensis C.F.A.S.

— Titulari episcopali Ecclesiae Capritanae, R. D. Villelmum Levada, e clero archidioecesis Angelorum in California, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Timothei S. R. E. Cardinalis Manning, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Foronovanae, R. D. Donaldum Montrose, e clero archidioecesis Angelorum in California, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Timothei S. R. E. Cardinalis Manning, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

die 26 Martii. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Alberti Uribe Urdaneta, Archiepiscopi Caliensis, constituit Exc.mum P. D. Petrum Rubiano Sáenz, hactenus Episcopum Cucutensem.

die 7 Aprilis. — Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis Aeserniensi et Venafranae R. D. Hectorem Di Filippo, dioecesis Teramensis presbyterum.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

NORMAE

SERVANDAE IN INQUISITIONIBUS AB EPISCOPIS FACIENDIS IN CAUSIS SANCTORUM

Cum in Constitutione Apostolica *Divinus perfectionis Magister* diei 25 ianuarii anni 1^83 statutus sit ordo procedendi in inquisitionibus quae in posterum ab Episcopis faciendae sunt in causis sanctorum, itemque Sacrae huic Congregationi munus concreditum sit peculiares ad hoc Normas edendi, eadem Sacra Congregatio sequentes confecit normas, quas Summus Pontifex a Plenario Coetu Patrum praefatae Congregationi praepositorum, diebus 22 et 23 mensis iunii anno 1981 habito, examinari voluit et, auditis quoque omnibus Patribus Dicasteriis Romanae Curiae praepositis, ratas habuit et promulgari iussit.

1. *a)* Causam canonizationis actor promovet; quo munere quilibet e populo Dei aut christifidelium coetus ab ecclesiastica auctoritate admissus, fungi potest.

b) Actor causam agit per postulatorem legitime constitutum.

2. *a)* Postulator constituitur ab actore per procurationis mandatum ad normam iuris redactum, probante Episcopo.

ö) Dum causa apud Sacram Congregationem tractatur, postulator, dummodo ab ipsa Congregatione sit approbatus, in Urbe fixam sedem habere debet.

3. *a)* Munere postulatoris fungi possunt sacerdotes, membra Institutorum vitae consecratae et laici, qui omnes oportet sint periti in re theologica, canonica et historica, necnon in praxi Sacrae Congregationis versati.

o) Postulatoris imprimis est peragere investigationes circa vitam Servi Dei de quo agitur, ad eius famam sanctitatis et causae momentum ecclesiale dignoscenda, de eisque Episcopo referre.

c) Postulatori committitur etiam munus bona pro causa oblata administrandi iuxta normas a Sacra Congregatione traditas.

4. Postulatori ius competit substituendi sibi, per legitimum mandatum ac de consensu actorum, alios qui vice-postulatores dicuntur.

5. *a)* In causis canonizationis instruendis Episcopus competens ille est in cuius territorio Servus Dei supremum diem obiit, nisi peculiaria adiuncta, a Sacra Congregatione probata, aliud suadeant.

o) Si de asserto miraculo agitur, competens est Episcopus in cuius territorio factum evenit.

6. *a)* Episcopus causam instruere valet sive per se sive per suum delegatum, qui sit sacerdos in re theologica, canonica et historica quoque, si de causis antiquis agatur, vere peritus.

b) Iisdem qualitatibus pollere debet sacerdos qui in promotorem iustitiae eligitur.

c) Omnes officiales partem in causa habentes debent iuramentum de munere fideliter adimplendo praestare, et secreto tenentur.

7. Causa potest esse recentior aut antiqua; *recentior* dicitur, si martyrium vel virtutes Servi Dei per orales depositiones testium de visu probari possunt; *antiqua* vero, cum probationes de martyrio vel virtutibus dumtaxat ex fontibus scriptis erui possunt.

8. Quicumque causam canonizationis inchoare intendit, per postulatorem Episcopo competenti supplicem libellum exhibeat, quo causae instructio petatur.

9. *a)* In causis recentioribus, libellus exhiberi debet non ante quintum annum a morte Servi Dei.

o) Si vero exhibetur post annum tricesimum, Episcopus ad ulteriora procedere nequit nisi, inquisitione peracta, sibi persuasum habuerit nullam in casu adfuisse fraudem vel dolum ex parte actorum in protracta inchoatione causae.

10. Postulator una cum supplici libello exhibere debet:

I° in causis tam recentioribus quam antiquis, biographiam alicuius historici momenti de Servo Dei, si extat, vel, ea deficiente, accuratam relationem chronologice digestam de vita et gestis ipsius Servi Dei, de eius virtutibus vel martyrio, de sanctitatis et signorum fama, non omissis iis quae ipsi causae contraria vel minus favorabilia videntur;[1]

[1] **Cfr. Const. Apost. *Divinus perfectionis Magister,* n. 2, I°.**

2° omnia scripta edita Servi Dei in authentico exemplari;

3° in causis recentioribus tantum, elenchum personarum quae ad eruendam veritatem circa virtutes vel martyrium Servi Dei, necnon circa sanctitatis vel signorum famam conferre possunt vel adversari.

11. *a)* Accepto libello, Episcopus coetum Episcoporum saltem regionis de opportunitate causae inchoandae consulat.

ö) Insuper in sua et, si id opportunum duxerit, in aliis dioecesibus, de consensu eorumdem Episcoporum, petitionem postulatoris publici iuris faciat, omnes christifideles invitando ut utiles notitias causam respicientes, si quas suppeditandas habeant, sibi deferant.

12. *a)* Si ex informationibus receptis obstaculum alicuius momenti contra causam emerserit, de eo Episcopus postulatorem certiorem faciat, ut illud removere possit.

b) Si obstaculum remotum non fuerit et Episcopus ideo iudicaverit causam non esse admittendam, postulatorem moneat, allatis de decisione rationibus.

13. Si Episcopus causam inchoare intendit, votum super scriptis editis Servi Dei a duobus censoribus theologis exquirat, qui referant num in iisdem scriptis aliquid habeatur, quod fidei ac bonis moribus adversetur.[2]

14. *a)* Si vota censorum theologorum favorabilia sunt, Episcopus mandat ut universa scripta Servi Dei nondum edita necnon omnia et singula historica documenta sive manuscripta sive typis edita, quoquo modo causam respicientia, colligantur.[3]

6) In huiusmodi requisitione facienda, praesertim cum de causis antiquis agatur, periti in re historica et archivistica adhibeantur.

c) Munere expleto, periti una cum scriptis collectis diligentem et distinctam relationem Episcopo tradant, in qua referant et fidem faciant de officio bene adimpleto, elenchum scriptorum et documentorum includant, iudicium de eorum authenticitate et valore promant necnon de personalitate Servi Dei, uti ex ipsis scriptis et documentis eruitur,

% .

15. *a)* Relatione accepta, Episcopus omnia usque ad illud tempus acquisita promotori iustitiae vel alii viro perito tradat, ut interrogatoria

[2] **Cfr. *ibid.*, n. 2, 2°.**
[3] **Cfr. *ibid.*, n. 2, 3°.**

conficiat quae apta sint ad verum indagandum et inveniendum de Servi Dei vita, virtutibus vel martyrio, fama sanctitatis vel martyrii.

~*b)* In causis antiquis vero interrogatoria dumtaxat famam sanctitatis vel martyrii adhuc vigentem necnon, si casus ferat, cultum recentioribus temporibus Servo Dei praestitum respiciant.

c) Interim Episcopus brevem de Servi Dei vita ac de causae pondere notitiam ad Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum transmittat, ad videndum utrum ex parte Sanctae Sedis aliquid causae obsit.

16. *a)* Deinde Episcopus vel delegatus testes a postulatore inductos et alios ex officio interrogandos examinet, adhibito notario qui verba deponentis transcribat, in fine ab eodem confirmanda.

Si vero urgeat examen testium ne pereant probationes, ipsi interrogandi sunt etiam nondum completa perquisitione documentorum.[4]

6) Examini testium adsit promotor iustitiae; quodsi idem non interfuerit, acta postea eius examini subiciantur, ut ipsemet animadvertere ac proponere possit quae necessaria et opportuna iudicaverit.

c) Testes imprimis iuxta interrogatoria examinentur; Episcopus autem vel delegatus ne omittat alias necessarias vel utiles interrogationes testibus proponere, ut quae ab ipsis dicta sint in clariore luce ponantur vel difficultates, quae emerserint, plane solvantur et explanentur.

17. Testes debent esse de visu, quibus addi possunt, si casus ferat, nonnulli testes de auditu a videntibus; omnes autem sint fide digni.

18. Tamquam testes imprimis inducantur consanguinei et affines Servi Dei aliique, qui cum eodem familiaritatem aut consuetudinem habuerint.

19. Ad probandum martyrium aut virtutum exercitium et signorum famam Servi Dei qui pertinuerit ad aliquod Institutum vitae consecratae, notabilis pars testium inductorum debent esse extranei, nisi, ob peculiarem Servi Dei vitam, id impossibile evadat.

20. Ne admittantur ad testificandum :

I° sacerdos, quod attinet ad ea omnia quae ei ex confessione sacramentali innotuerunt;

[4] **Cfr. *ibid.*, n. 2, 4°.**

2° habituales Servi Dei confessarii vel spiritus directores, quod attinet etiam ad ea omnia quae a Servo Dei in foro conscientiae extra-sacramentali acceperint;

3° postulator in causa, durante munere.

21. ***a)*** Episcopus vel delegatus aliquos testes ex officio vocet, qui ad inquisitionem perficiendam, si casus ferat, contribuere valeant, praesertim si ipsi causae contrarii sunt.

b) Vocandi sunt tamquam testes ex officio viri periti qui pervestigationes documentorum fecerunt et relationem de ipsis exararunt, iidemque sub iuramento declarare debent : I° se omnes investigationes peregisse ac omnia collegisse quae causam respiciant; 2° nullum documentum aut textum se adulterasse vel mutilasse.

22. *a)* Medici a curatione, cum de miris sanationibus agitur, tamquam testes sunt inducendi.

b) Quod si renuerint se Episcopo vel delegato sistere, is curet ut scriptam sub iuramento, si fieri potest, relationem de morbo eiusque progressione conficiant actis inserendam, vel saltem eorum sententia per interpositam personam excipiatur, deinde examini subiciendam.

23. Testes in sua testificatione, iuramento firmanda, propriae scientiae fontem indicare debent circa ea quae asserunt; secus eorum testimonium nihili faciendum est.

24. Si quis testis maluerit scriptum aliquod a seipso antea exaratum Episcopo vel delegato tradere sive una cum depositione sive praeter eam, huiusmodi scriptum recipiatur, dummodo ipse testis iuramento probaverit se illud scripsisse et vera in eo esse contenta, idemque ad acta causae accenseatur.

25. *a)* Quocumque modo testes suas notitias tradiderint, curet diligenter Episcopus vel delegatus ut illas authenticas reddat semper sua subsignatione et proprio sigillo.

b) Documenta et testimonia scripta, sive a peritis collecta sive ab aliis tradita, authentica declarentur per appositionem nominis et sigilli alicuius notarii vel publici officialis fidem facientis.

26. *a)* Si inquisitiones circa documenta vel testes in alia dioecesi fieri debent, Episcopus vel delegatus litteras ad Episcopum competentem mittat, qui ad normam horum statutorum agat.

o) Acta huiusmodi inquisitionis in archivo Curiae serventur, sed exemplar ad normam nn. 29-30 confectum ad Episcopum rogantem mittatur.

27. *a)* Episcopus vel delegatus summa diligentia et industria curet ut in probationibus colligendis nihil omittatur, quod quoquo modo ad causam pertineat, pro certo habens felicem exitum causae ex bona eius instructione magna ex parte dependere.

o) Collectis igitur omnibus probationibus, promotor iustitiae omnia acta et documenta inspiciat ut, si ipsi necessarium videatur, ulteriores inquisitiones petere possit.

•c) Postulatori quoque facultas danda est acta inspiciendi ut, si casus ferat, per novos testes aut documenta probationes compleri possint.

28. *a)* Antequam absolvatur inquisitio, Episcopus vel delegatus diligenter inspiciat sepulcrum Servi Dei, cubiculum in quo habitavit vel obiit et, si quae sint, alia loca ubi cultus signa in eius honorem quis exhibere possit, et declarationem faciat de observantia decretorum Urbani VIII super non cultu.[5]

o) De omnibus peractis relatio conficiatur actis inserenda.

29. *a)* Instructoriis actis absolutis, Episcopus vel delegatus statuat ut transumptum conficiatur, nisi, attentis probatis circumstantiis, durante ipsa instructione iam fieri permiserit.

b) Transumptum ex actis originalibus transcribatur atque duplici exemplari fiat.

30. *a)* Absoluta transumpti confectione, collatio cum archetypo fiat, et notarius singulas paginas siglis saltem subscribat et suo sigillo muniat.

b) Archetypum clausum sigillisque munitum in archivo Curiae asservetur.

31. *a)* Transumptum inquisitionis et adnexa documenta in duplici exemplari ad Sacram Congregationem rite clausa et sigillis munita tute mittantur, una cum exemplari librorum Servi Dei a censoribus theologis examinatorum eorumque iudicio.[6]

[5] **Cfr. *ibid.*, n. 2, 6°.**
[6] ***Ibid.***

b) Si versio actorum atque documentorum in linguam apud Sacram Congregationem admissam necessaria sit, duo exemplaria versionis exarentur et authentica declarentur, Eomam una cum transumpto mittenda.

c) Episcopus vel delegatus insuper litteras de fide testibus adhibenda et de legitimitate actorum ad Cardinalem Praefectum mittat.

32. Inquisitio super miraculis separatim instruenda est ab inquisitione super virtutibus vel martyrio et fiat iuxta normas quae sequuntur.[7]

33. *a)* Episcopus competens ad normam n. 5 *b,* accepto postulatoris libello una cum brevi sed accurata relatione de asserto miraculo necnon documentis illud respicientibus, iudicium exquirat ab uno vel duobus peritis.

b) Deinde si inquisitionem iuridicam instruere statuerit, per se vel per suum delegatum omnes testes examinet, iuxta normas supra nn. 15 *a,* 16-18 et 21-24 statutas.

34. *a)* Si de sanatione alicuius morbi agatur, Episcopus vel delegatus auxilium quaerat a medico, qui interrogationes testibus proponat ad res clarius illustrandas iuxta necessitatem et circumstantias.

ö) Si sanatus adhuc vivat, eius inspectio a peritis fiat, ut constare possit de duratione sanationis.

35. Inquisitionis transumptum una cum adnexis documentis ad Sacram Congregationem mittatur, iuxta statuta in nn. 29-31.

36. De Servis Dei, quorum sanctitas vitae adhuc legitimo examini subiecta est, quaelibet sollemnia vel panegyricae orationes in ecclesiis prohibentur.

Sed etiam extra ecclesiam abstinendum est ab iis actis quibus fideles induci possint ad falso putandum inquisitionem ab Episcopo factam de Servi Dei vita et virtutibus vel martyrio certitudinem secum ferre futurae eiusdem Servi Dei canonizationis.

Quas normas SS.mus D. N. Ioannes Paulus divina Providentia Papa II, in Audientia die 7 februarii a. 1983 infrascripto Gongrega-

[7] ***Ibid.,* n. 2, 5°.**

tionis Gardinali Praefecto concessa, approbare et ratas habere dignatus est, mandans ut eae publici iuris fiant et ab hoc ipso die vigere incipiant, ab omnibus Episcopis qui causas canonizationis instruunt, et a ceteris ad quos spectat, rite et religiose servandae, contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, die 7 mensis februarii a. 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

© Traianus Crisan,
Archiep. tit. Drivastensis,
a Secretis

DECRETUM GENERALE

DE SERVORUM DEI CAUSIS, QUARUM IUDICIUM IN PRAESENS APUD SACRAM CONGREGATIONEM PENDET

Circa Servorum Dei causas, quarum iudicium in praesens apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum pendet, in Constitutione Apostolica *Divinus perfectionis Magister* diei 25 ianuarii a. 1983, n. 16, statutum est, ne ad ulteriora procedatur nisi servata mente huius novae legis, atque insuper ipsi Sacrae Congregationi munus demandatur peculiari decreto ordinem statuendi, quo in huiusmodi causis in posterum sit procedendum.

Cui quidem muneri satisfacere sibi proponens, Sacra Congregatio huiusmodi causas in quattuor genera dividens, statuit quae sequuntur :

1) Quoad causas « recentiores », in quibus Positio super virtutibus vel super martyrio iam typis edita est, eadem Consultoribus theologis pro voto tradatur, ad normam novae legis discutienda.

2) Ad eas vero causas quod attinet, in quibus Animadversiones Promotoris fidei vel Responsio Patroni sint in statu confectionis, omnino curetur, ut omnia documenta causam respicientia critice examinentur et, quatenus casus ferat, Responsioni addantur.

3) In ceteris causis «recentioribus», examinatis scriptis Servi Dei, ad ulteriora ne procedatur, nisi Positio super virtutibus vel super

martyrio methodo critica, sub ductu Relatoris causae, parata fuerit, praevia inquisitione documentorum quae quoquo modo causam respiciant.

4) Quoad causas « historicas », de quibus adest iam typis edita Positio super virtutibus vel super martyrio ab Officio historico-hagiographico concinnata, eadem, una cum votis Consultorum huius Officii, Consultoribus theologis pro voto tradatur ad normam novae legis, additis tamen explanationibus, si quae de iudicio Relatoris generalis necessariae sint.

Quae omnia Summus Pontifex Ioannes Paulus II, in Audientia infrascripto Congregationis Cardinali Praefecto die 7 februarii a. 198S concessa, rata habuit et ab hoc ipso die servari mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, die 7 februarii a. 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

ffi Traianus Crisan,
Archiep. tit. Drivastensis,
a Secretis

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 18 Marzo 1983, S. E. il Signor TERUHITO NAKAMURA, Ambasciatore del Giappone presso la Santa Sede.

Lunedì, 21 Marzo 1983, S. E. il Signor XAVIER DAUFRESNE DE LA CHEVALERIE, Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.

Sabato, 26 Marzo 1983, S. E. il Signor CHRISTOPHE DE KALLAY, Ambasciatore del Sovrano Militare Ordine di Malta presso la Santa Sede.

Lunedì, 28 Marzo 1983, S. E. il Signor ABDELMALEK BENHABYLES, Ambasciatore della Repubblica di Algeria presso la Santa Sede.

Sabato, 19 Marzo 1983, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio negli Abruzzi e nel Molise, in Italia, sostando a San Salvo ed a Termoli.

Lunedì, 21 Marzo 1983, alla presenza del Santo Padre, si è riunita nel Palazzo Apostolico Vaticano la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

28 dicembre 1982. Gli Em.mi Signori Cardinali Paolo Bertoli e Bernardin Gantin, *Membri della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

24 gennaio 1983. L'Em.mo Signor Cardinale Joseph Ratzinger, *Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

3 febbraio » L'Em.mo Signor Cardinale Alfonso López Trujillo, *Con-*

sigliere della Pontificia Commissione per V America Latina.

14 marzo 1983. P. Marcello Zago, O.M.I., *Segretario del Segretariato per i non Cristiani.*

22 » » L'Em.mo Signor Cardinale Aurelio Sabattani, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa e della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Giuseppe Casoria, *Membro delle Sacre Congregazioni per la Dottrina della Fede e per le Cause dei Santi.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Franjo Kuharic, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa e della Sacra Congregazione per il Clero.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale José Ali Lebrún Moratinos, *Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Joseph L. Bernardin, *Membro della Sacra Congregazione per i Sacramenti ed il Culto Divino.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Michael Michai Kitbunchu, *Membro della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Alfonso López Trujillo, *Membro della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Godfried Danneels, *Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Thomas Stafford Williams, *Membro del Segretariato per i non Cristiani.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Carlo Maria Martini, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa e delle Sacre Congregazioni per la Dottrina della Fede, per i Vescovi e per l'Educazione Cattolica.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Jean-Marie Lustiger, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa e della Sacra Congregazione per i Sacramenti ed il Culto Divino.*

» • » » L'Em.mo Signor Cardinale Józef Glemp, *Membro della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Joachim Mesner, *Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

23 dicembre 1982. Mons. Lino Dalla Villa (Adria).
7 gennaio 1983. Mons. Carlo Ricciardi (Aquino-Sora-Pontecorvo).

7	gennaio	1983.	Mons. Angelo Mariani (Aquino-Sora-Pontecorvo).
12	»	»	Mons. Jan Bzepa (Tarnów).
»	»		Mons. Stanislaw Wójtowicz (Tarnów).
»	»	»	Mons. Arcangelo Ranaudo (Benevento).
20	»	»	Mons. Joseph Olczyk (Wloclawek).
»	»	»	Mons. Roman Kostynowicz (Szczecin-Kamien).
22			Mons. Tadeusz Pawluk (Warmia).
»		»	Mons. Salvatore Veltri (Cosenza).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

30	aprile	1981.	Mons. Joseph Williams (Westminster).
14	ottobre	»	Mons. Franciscus Bank (Rotterdam).
10	maggio	1982.	Mons. Franz Kaspar (Limburg).
24	»	»	Mons. Martin Alfonsus Cummins (Nottingham).
12	giugno	»	Mons. Cyril John Murtagh (Portsmouth).
26	»	»	Mons. Norbert Herkenrath (Köln).
23	agosto		Mons. André Lefeuvre (Nantes).
»	»	»	Mons. Francis S. Frayne (Liverpool).
30	settembre	»	Mons. Angelo Ricci (Apuania).
11	dicembre	»	Mons. Fabriciano Sigamba (La Rio ja).
	»	»	Mons. Stanislaw Strzelecki (Vilna-Bialystok).
			Mons. Mieczyslaw Swidziniewski (Vilna-Bialystok).
23		»	Mons. Giuseppe De Stefani (Adria).
»	»	»	Mons. Nicola Di demente (Vasto).
12	gennaio	1983.	Mons. Kazimierz Kos (Tarnów).
18	»	»	Mons. John Holohan (Ossory).
20	»	»	Mons. Stanislaus Olejnik (Wloclawek).
»	»	»	Mons. Stefan Kaluzny (Szczecin-Kamieñ).
22		»	Mons. Jan Reéko (Warmia).
24	»		Mons. László Danko (Szeged-Csanád).
12	febbraio		Mons. Gabriele Russo (Sorrento).

Cappellani di Sua Santità:

24	aprile	1982,	Il sac. Patrick Keaveny (Southwark).
12	giugno		Il sac James Joyce (Portsmouth).
7	agosto	»	Il sac. Heinrich Hambuchen (Köln).
30	settembre	»	Il sac Konrad Schmidt (Paderborn).
»	»	»	Il sac. Manfred Grothe (Paderborn).
»	»	»	Il sac Josef Tilke (Paderborn).
»	»	»	Il sac Francesco Di Tommaso (Tricarico).
»	»	»	Il sac Michele Pandolfi (Tricarico).
19	novembre	»	Il sac Armando Volpi (Volterra).
11	dicembre	»	Il sac Francisco Solano Diaz (La Rio ja).
»	»	»	Il sac Pedro Angeles Collas (Chimbóte).
»	»	»	Il sac Romuald Niedzielski (Leopoli dei Latini).
»	»	»	Il sac Victor Sobaszek (Leopoli dei Latini).

11	dicembre	1982.	Il sac. Iosephus Urbanik (Leopoli dei Latini).
»	»	»	Il sac. Thaddaeus Paprocki (Vilna-Bialystok).
20	»	»	Il sac. Nicola Armando (Marsi).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Di Iorio (Marsi).
»	»	»	Il sac. Franco Michetti (Marsi).
»	»	»	Il sac. Costanzo Villa (Marsi).
»	»	»	Il sac. Pietro Bernini (Pontremoli).
»	»	»	Il sac. Edoardo Borrotti (Pontremoli).
»		»	Il sac. Adelmo Conti (Pontremoli).
	»	»	Il sac. Igino Dodi (Pontremoli).
»	»	»	Il sac. Silvano Lecchini (Pontremoli).
	»	»	Il sac. Marco Mori (Pontremoli).
	»	»	Il sac. Aristide Spinetti (Pontremoli).
23	»	»	Il sac. Mario Furini (Adria).
»	»	»	Il sac. Oddone Marzola (Adria).
		»	H sac. Bernardino Merlo (Adria).
»	»	»	Il sac. Tortino Pasqualin (Adria).
»	»	»	Il sac. Valerio Valentini (Adria).
»	»	»	H sac. Giuseppe Scuppa (Camerino).
29	»	»	Il sac. Sauro Carletti (Orvieto).
	»	»	Il sac. Marzio Miscetti (Orvieto).
	»	»	Il sac. Angelo Montaldo (Orvieto).
»	»	»	H sac. Dino Pelorosso (Orvieto).
»	»	»	H sac. Marcello Peltinelli (Orvieto).
»	»	»	Il sac. Bruno Tortolini (Orvieto).
»	»	»	Il sac. Zeno Janyszek (Czestochowa).
»	»	»	H sac. Marianus Mikolajczyk (Czestochowa).
»	»	»	H sac. Zeno Uchnast (Czestochowa).
7	gennaio	1983.	Il sac. Marcello Bartolucci (Assisi).
»	»	»	Il sac. Melencio De Vera (Manila).
»	»	»	H sac. Alfonsus Caparas (Manila).
	»	»	H sac. Tomás Gonzales (Manila).
12	»	»	Il sac. Edward Fafara (Tarnów).
		»	Il sac. Zygmunt Król (Tarnów).
	»	»	Il sac. Franciszek Kukla (Tarnów).
»	»	»	Il sac. Boleslaw Kumor (Tarnów).
	»	»	Il sac. Edward Limanówka (Tarnów).
	»	»	Il sac. Józef Lakomy (Tarnów).
	»	»	Il sac. Stanislaw Mach (Tarnów).
»	»	»	Il sac. Adam Nowak (Tarnów).
	»	»	Il sac. Józef Pamula (Tarnów).
	»	»	Il sac. Stanislaw Bosa (Tarnów).
»	»	»	Il sac. Michal Tokarz (Tarnów).
	»	»	Il sac. Stanislaw Witek (Tarnów).
»	»	»	Il sac. Mariano Poreba (Tarnów).
20	»	»	Il sac. Zygmunt Kajuta (Szczecin-Kamieú).
	»	»	Il sac. Waclaw Kielczewski (Szczecin-Kamieú)
»	»	»	Il sac. Tadeusz Cieplucha (Szczecin-Kamieú).
»		»	Il sac. Luigi Rimano (Padova).

20	gennaio	1983.	Il sac. Antonius Owczarek (Wloclawek).
»	»	»	Il sac. Casimirus Tartanus (Wloclawek).
22	»	»	Il sac. Wladyslaw Nowak (Warmia).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Lamanna (Cosenza).
»	»	»	Il sac. Luigi Rogliano (Cosenza).
»	»	»	Il sac. Saverio Mazzuca (Cosenza).
»	»	»	Il sac. Amedeo-Panza (Cosenza).
30	»	»	Il sac. Benvenuto Frerini (Brescia).
10	febbraio	»	Il sac. Camillo Vigotti (Pavia).
12	»	»	Il sac. Girolamo Bagnasco (Sorrento).
19	»	«	H sac. Paolo Ambrico (Tricarico).
»	»	»	Il sac. Domenico Cecere (Tricarico).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

14 febbraio 1983. A S. E. il sig. James Joseph Masami Ota *(Giappone).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

7	aprile	1981.	Al sig. George Marriot (Westminster).
12	giugno	»	Al sig. John Edward (Westminster).
9	luglio	»	Al sig. Robert Joseph Mellish (Westminster).
»	»	»	Al sig. William Farrelly (Southwark).
11	»	»	Al sig. Robin Hood (Westminster).
1	aprile	1982.	Al sig. Jonathan Gould (Westminster).
9	novembre	»	Al sig. Giuseppe Forni (Modena).
17	»	»	Al sig. Daniel O'Connel (Penang).
1	dicembre	»	Al sig. Theodorus Matthew Ioannes De Graaf (Bois-Le-Duc).
4	»	»	Al sig. Franz Josef Erfurt (Trier).
24	»	»	Al sig. Vincenzo Arcione (Salerno).
»	»	»	Al sig. Francesco Santese (Salerno).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

7	gennaio	1981.	Al sig. Hubert Matthews (Southwark).
12	»	»	Al sig. Thomas Tangney (Southwark).
1	aprile	»	Al sig. Gerald James Murphy (Westminster).
3	ottobre	»	Al sig. Gerald Cookson (Westminster).
17	novembre	»	Al sig. Gerard W. White (Westminster).

28	gennaio	1982.	Al sig. Henricus J. M. Leijh (Rotterdam).
12	febbraio	»	Al sig. René Groutars (Roermond).
1	aprile	»	Al sig. Patrick Elliott (Westminster).
4	»	»	Al sig. Jacques Antoine i)elsing (Haarlem).
22	»	»	Al sig. Peter Carney (Birmingham).
17	maggio	»	Al sig. William Williams (Cardio).
31	»	»	Al sig. Kevin Wals (Hallam).
12	giugno	»	Al sig. Leonard Gilbert Thompson (Portsmouth).
19	»	»	Al sig. Julius Ignatz Kuhlmann (Groningen).
8	luglio	»	Al sig. Denis Gerard (Hallam).
»	»	»	Al sig. Charles Ryan (Hallam).
10	agosto	»	Al sig. Joseph P. L. van der Sandt (Utrecht).
8	settembre	»	Al sig. Elio Barnini (Roma).
24	ottobre	»	Al sig. Douglas Brown (Southwark).
1	dicembre	»	Al sig. Gerard W. van Logtestijn (Bois-Le-Duc)
»	»	»	Al sig. Philip Wüstefeld (Utrecht).
16	»	»	Al sig. Johannes Kess (Essen).
23	»		Al sig. Francesco Antonetti (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa.

7	maggio	1982.	Al sig. Jan Willelem Solberg (Utrecht).
16	giugno	»	Al sig. Josef Freitag (Münster).
8	settembre	»	Al sig. Giorgio Dieci (Roma).
»	»	»	Al sig. Dario Lepori (Roma).
24	novembre	»	Al sig. Karl Holler (Aachen).
22	gennaio	1983.	Al sig. Mario Bagnato (Salerno).
4	febbraio	»	Al sig. Umberto Millefiorini (Roma).
7	»	»	Al sig. Elias Lopez Ortega (Caracas).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22	giugno	1981	Al sig. Jacobus Cornelis Van del Poel (Haarlem).
26	»	»	Al sig. Franciscus Gisbertus Goes (Bois-Le-Duc).
23	luglio	»	Al sig. Petrus Franciscus Gerardus Backus (Roermond).
25	»		Al sig. Bernardus G. Antonius Bakker (Roermond).
»	»	»	Al sig. Wilhelmus C. Eggenkamp (Utrecht).
10	agosto	»	Al sig. Joannes G. M. Van der Kroft (Haarlem).
30	ottobre	»	Al sig. Petrus M. Middlbusker (Haarlem).
30	gennaio	1982.	Al sig. Gerardus Albertus Joseph Gras (Haarlem).
»	»		Al sig. Henricus Christianus Vismans (Rotterdam).
			Al sig. Joseph M. G. Dilderen (Roermond).
»	»		Al sig. Joannes Bremmers (Roermond).
»	»		Al sig. Theodorus L. Van Son (Rotterdam).
4	febbraio		Al sig. Joannes Weijers (Roermond).
8	»		Al sig. Joannes Alfonsus W. Prince (Breda).
»	»		Al sig. Andreas Dominicus Huizinga (Utrecht).
»	»		Al sig. Henricus Joannes van Santvoort (Utrecht).

8	marzo	1982.	Al sig. Joannes E. Persoon (Roermond).
13	»	»	Al sig. Hadrianus P. van Rijke (Breda).
»	»	»	Al sig. Jogehem Schuyt (Haarlem).
28	aprile	»	Al sig. Marinus van Boxel (Breda).
7	maggio	»	Al sig. Villelmus A. von Dijk (Breda).
»	»	»	Al sig. Kàrel Hendrik Christian Joosten (Utrecht).
»	»	»	Al sig. Hendricus J. De Vries (Utrecht).
»	»	»	Al sig. Hendricus Antonius van Oostrum (Utrecht).
31	»	»	Al sig. Johannes Simon Grimberg (Groningen).
»	»	»	Al sig. Johannes Jacobus Petrus Alma (Groningen).
»	»	»	Al sig. Frans M. A. Wildiers (Anvers).
»	»	»	Al sig. Maurice D'Haeye (Anvers).
19	giugno	»	Al sig. Joannes H. Kroon (Groningen).
10	luglio ,	• »	Al sig. Joannes Martens (Breda).
14	»	»	Al sig. Mathias G. J. van Hoorn (Roermond).
»	»	»	Al sig. Jean Pierre van Kampenhout (Rotterdam).
1	dicembre	»	Al sig. Giorgio A. Hustinx (Roermond).
»	»	»	Al sig. Marinus Theodorus Tijlmans (Bois-Le-Duc).
»	»	»	Al sig. Aloysius Joseph van Luxemborg (Bois-Le-Duc)
»	»	»	Al sig. Bernardus J. M. Schelbergen (Bois-Le-Duc).
»	»	»	Al sig. Henricus Albertus van Jersel (Bois-Le-Duc).
»	»	»	Al sig. Villelmus Joannes Maria Mulders (Bois-Le-Duc)
»	»	»	Al sig. Gerardus Cornelius H. van Breemn (Utrecht).
»	»	»	Al sig. Evert Maria Soethout (Haarlem).
16	»	»	Al sig. Arnold Amann (Freiburg).
»	»	»	Al sig. Wilhelm Hochheuser (Essen).
19	»	»	Al sig. Giancarlo Bonanomi (Bergamo).
23	»	»	Al sig. Giuseppe Plutino (Roma).
»	»	»	Al sig. Mario Schiano Lomoriello (Roma).
29	»	»	Al sig. Giovanni Garassino (Roma).
12	gennaio	1983.	Al sig. Gabriel Spahn (Metz).
»	»	»	Al sig. Edourd Ritzenthaler (Metz).

NECROLOGIO

21	marzo	1983.	Mons. Francesco Sanmartino, Vescovo tit. di Summula.
23	»	»	Mons. Philip J. A. Kennedy, Vescovo tit. di Ros Ore.
24	»	»	Mons. Igino Cardinale, Arcivescovo tit. di Nepte.
»	»	»	Mons. Aurelio Marena, Vescovo già di Ruvo e Bitonto *(Italia).*
»	»	»	Mons. José A. Dantas, Vescovo già di Rui Barbosa *(Brasile)*.
26	»	»	Mons. Stanislaw Jakiel, Vescovo tit. di Tanagra.
»	»	»	Mons. Louis Van Steene, Arcivescovo già di Bukavu *(Zaire).*
28	»	»	Mons. Martien A. Jansen, Vescovo già di Rotterdam (Paesi *Bassi).*

29 marzo 1983 Mons. Rémy Augustin, Vescovo già di Port-de-Paix *(E aiti).*
31 » » Mons. Augustin Farah, Arcivescovo di Zahleh. e Furzol *(Libano).*
2 aprile » Mons. Donai J. Herlihy, Vescovo di Ferns *(Irlanda).*
» » » Mons. Ignatius Mummadi, Vescovo già di Guntur *(India).*
4 » » Mons. Mattew Baroi, Vescovo di Krishnagar *(India).*
» » » Mons. Cesar Benedetti, Vescovo tit. di Tiddi.

CORRIGENDA

In vol. LXXV, Pars I (1983) **COMMENTARII ACTA APOSTOLICAE SEDIS**

pag. 174, linea 4: loco *Sooktoënsis* legatur *Sokotoënsis.*
pag. 174, linea 22: loco *Noglaensi* legatur *Moglaenensi.*

An. et vol. LXXV 2 Maii 1983 Pars I, N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA

Ad universos ecclesiae sacerdotes adveniente feria V in Cena Domini anno MCMLXXXIII.

Dilecti Fratres in sacerdotio Christi!

1. Mentem ad vos convertere cupimus in exordio Anni Sacri memoriae Redemptionis peractae dicati simulque Anni Iubilaei extraordinarii, qui sive Romae sive in universa Ecclesia die xxv mensis Martii est apertus. Quod hic dies, sollemnitas Annuntiationis Domini simulque Incarnationis eius, est delectus, peculiarem habet vim ac significationem. Etenim mysterium Redemptionis initium cepit, cum Verbum in utero Virginis Nazarethanae virtute Spiritus Sancti caro est factum, atque in paschali eventu per Salvatoris mortem et resurrectionem ad fastigium pervenit. Ab illis profecto diebus Annum Iubilaeum fluere volumus, exoptantes ut *ad mysterium Redemptionis* hoc ipso anno in vita Ecclesiae *speciali ratione attendatur idque fructuosum evadat.* Probe quidem novimus id semper praesens adesse et edere fructus, id semper Populum Dei in terra peregrinantem veluti comitari, eius pervadere animos interiusque formare. Tamen vetere in traditione est positum ut ad spatia quinquaginta annorum mens

in hac peregrinatione referatur. Hanc profecto traditionem fideliter volumus servare, sperantes simul in ea ipsa partem contineri mysterii temporis, a Deo statuti : hoc est *kairós,* in quo dispensatio salutis perficitur.

Nunc vero, in exordio novi huius Anni Redemptionis et Iubilaei extraordinarii, post paucos dies quam eius est factum initium, iam *Feria V in Cena Domini hoc anno MCMLXXXIII* occurrit. Ea in memoriam revocat — quemadmodum scimus — diem, quo Christus sacerdotium ministeriale una cum Eucharistia instituit. Illud institutum est pro Eucharistia ideoque pro Ecclesia, quae, ut communitas Populi Dei, per Eucharistiam formatur. Quod quidem sacerdotium — ministeriale et hierarchicum — nosmet participamus. Die ordinationis id accepimus ope ministerii Episcopi, qui in unumquemque nostrum sacramentum, *inchoatum in Apostolis,* in Cena novissima, in Cenáculo, Feria V, inchoatum, transfudit. Itaque, licet diversa sint tempora, quibus ordinationem suscepimus, tamen Feria V Hebdomadae Sanctae singulis annis est dies natalis sacerdotii nostri ministerialis. Hoc sacro die unusquisque nostrum, ut sacerdotum Novi Testamenti, natus est in sacerdotio Apostolorum. Unusquisque nostrum natus est in revelatione unici et aeterni sacerdotii Iesu Christi ipsius. Haec enim revelatio facta est in Cenáculo, ob Feriam V memorabili, ante Passionem in Golgotha. Eo ipso loco Christus mysterii sui paschalis initia posuit: id « aperuit » ; reseravit quidem, Eucharistia et Sacerdotio quasi olavi usus.

Hac de causa nos « ministri Novi Testamenti »/ Feria V Hebdomadae Sanctae *congregamur in unum* cum Episcopis in cathedralia templa Ecclesiarum nostrarum, *congregamur* coram Christo, unico et aeterno fonte sacerdotii nostri. Qua in coniunctione, quae fit hac Feria V, *Eum invenimus* atque insimul per Ipsum, cum Ipso et in Ipso *nosmet ipsos invenimus.* Bene-

[1] Cfr. *2 Cor* 3, 6.

dictus Deus Pater, Filius et Spiritus Sanctus propter gratiam huiusmodi coniunctionis.

2. Hoc igitur magni ponderis tempore denuo Annum memoriae Redemptionis dicatum et Iubilaeum extraordinarium cupimus annuntiare. Cupimus annuntiare id imprimis vobis et coram vobis, venerandi ac dilecti Fratres in sacerdotio Christi; volumusque vobiscum saltem breviter de eius significatione meditari. Hoc enim Iubilaeum ad nos ut sacerdotes Novi Testamenti pertinet peculiarem in modum. Quodsi omnibus credentibus, Ecclesiae filiis et filiabus, eo *hortatio* declaratur ut, *luce mysterii Redemptionis affulgente,* vitam et vocationem suam iterum inspiciant, haec hortatio nobis etiam maiore cum vehementia, ut ita dicamus, adhibetur. Itaque Annus Sacer Redemptionis et Iubilaeum extraordinarium monent ut sacerdotium nostrum ministeriale denuo illa ratione consideremus, qua id Christus in mysterium Redemptionis inseruit.

«Iam non dicam vos servos vos autem dixi amicos».[2] In ipso Cenáculo haec verba sunt prolata, in ipsis adiunctis temporis, quo Eucharistia et sacerdotium ministeriale sunt instituta, Christus Apostolis et cunctis, qui ab illis quasi hereditate accipiunt sacerdotium ordinatione collatum, significavit eos ob hanc vocationem et per hoc ministerium fieri debere *amicos suos - amicos illius mysterii,* quod ipse perfecit. Esse sacerdotem idem valet ac singulari amicitiae necessitudine coniungi cum mysterio Christi, cum mysterio Redemptionis, in quo ille « carnem suam dat pro mundi vita » .[3] Nobis, qui cotidie Eucharistiam celebramus, salutiferum sacramentum Corporis et Sanguinis, oportet sit intimus usus cum mysterio, unde hoc sacramentum sumpsit initium. Sacerdotium ministeriale quid sit ostenditur unice et simpliciter, quatenus huius

[2] *Io* **15, 15.**
[3] *Io* **6, 51.**

mysterii divini ratio habetur — ac tantummodo hac habita ratione ad effectum adducitur.

In intima conscientia nostra ut sacerdotum, propter id ipsum, quod unusquisque nostrum tempore Ordinationis est factus, sumus « amici » : *sumus testes singulariter propinqui Amori illi,* qui Redemptione manifestatur. Hic ostensus est, <(in principio », creatione atque una cum peccato hominis semper manifestatur redemptione. « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam».[4] En definitio Amoris, prout redemptionem significat; en mysterium Redemptionis, quatenus amore definitur. Unigenitus Filius hunc amorem a Patre accipit et, in mundum inferens, tribuit Patri. Unigenitus Filius vi huius amoris dat se ipsum pro mundi salute: pro vita aeterna cuiusque hominis, fratris sui et sororis suae.

Nos ergo sacerdotes, *ministri Eucharistiae,* sumus «amici» : singulari necessitudine hunc Amorem redimentem contingimus, quo Filius Unigenitus mundum est prosecutus — et continenter prosequitur. Quodsi hoc nobis sanctum inicit timorem, tamen oportet fateamur mysterium illius amoris redimentis una cum Eucharistia quodammodo in manibus nostris versari; cotidie in ore esse nostro; firmiter contineri in vocatione nostra et ministerio nostro.

O quam intime unusquisque id quod est ut sacerdos, *efficitur* ope mysterii Redemptionis! De hoc ipso nos edocet liturgia Feriae V in Cena Domini. De hoc ipso oportet per Annum Iubilaeum meditemur. In hoc ipso vertere debet personalis renovatio nostra interior, siquidem Annus lubilaeus ab Ecclesia intellegitur esse tempus renovationis spiritualis omnibus peragendae. Si autem ministri huius renovationis esse debemus pro aliis, pro fratribus et sororibus nostris in vocatione christiana, nos ipsi eiusdem renovationis esse testes de-

[4] *Io* 3, 16.

bemus et nuntii coram nobismet ipsis. Annus enim Sacer Redemptionis est *Annus renovationis in vocatione sacerdotali.*

Hanc interiorem renovationem in sancta vocatione nostra perficientes, validius et efficacius poterimus praedicare «annum Domini acceptum » .[5] Re quidem vera mysterium Redemptionis non est abstracta notio theologica, sed *realitas* perennis, per quam Deus hominem in Christo aeterno amore complectitur — homo vero hunc amorem agnoscit, eo ducitur atque perfunditur, eo interius transformatur, eo fit « nova creatura » ;[6] hoc modo[7] iterum generatus amore, qui ei in Iesu Christo est revelatus, mentisque oculos ad Deum attollens, cum Psalte profitetur: *Copiosa apud eum redemptio?*

Anno Iubilaeo volvente huiusmodi professio peculiari cum vi e corde totius Ecclesiae erumpat oportet. Quod quidem, dilecti Fratres, fiat necesse est testimonio vestro vestroque ministerio sacerdotali.

3. Redemptio arctissime cum culparum remissione coniungitur. Deus nos in Iesu Christo redemit, quia in Iesu Christo nobis peccata dimisit; Deus nos in Christo « novam creaturam » fecit, quia in eo nobis est gratificatus de venia.

Deus in Christo mundum sibi reconciliavit.[8] Quoniam ergo eum sibi in Iesu Christo, ut primogenito omnis creaturae,[9] reconciliavit, *coniunctio hominis cum Deo est* irrevocabiliter *firmata.* Quae quidem coniunctio, quam « primus Adam » olim passus est in se ipso toti familiae humanae auferri, a nullo adimi potest hominum generi, ex quo hoc in Christo, « altero Adam », fundatum est et solidatum. Quam ob rem humanum genus in Iesu Christo indesinenter fit « nova creatura ». Talis vero efficitur, quia in Ipso et per Ipsum gratia remissionis peccatorum

[5] *Lo* 4, 19; cfr. *Is* 61, 2.

[6] *2 Cor* 5, 17.

[7] *Ps ISO 1129],* 7.

[8] Cfr. *2 Cor* 5, 19.

[9] Cfr. *Col* 1, 15.

Oggi questo Libro contenente il nuovo Codice, frutto di approfonditi studi, arricchito da tanta vastità di consultazioni e di collaborazioni, io lo presento a voi e, nella vostra persona, lo consegno ufficialmente a tutta quanta la Chiesa, ripetendo a ciascuno l'agostiniano *tolle, lege.*[36] Questo nuovo Codice io consegno ai Pastori ed ai Fedeli, ai Giudici ed agli Officiali dei Tribunali Ecclesiastici, ai Religiosi ed alle Religiose, ai Missionari ed alle Missionarie, come anche agli studiosi e ai cultori di Diritto Canonico. Io l'offro con fiducia e speranza alla Chiesa, che si avvia ormai al suo terzo Millennio : accanto al Libro contenente gli Atti del Concilio c'è ora il nuovo Codice Canonico, e questo mi sembra un abbinamento ben valido e significativo. Ma sopra, ma prima di questi due Libri è da porre, quale vertice di trascendente eminenza, il Libro eterno della Parola di Dio, di cui centro e cuore è il Vangelo.

Concludendo, vorrei disegnare dinnanzi a voi, a indicazione e ricordo, come un ideale triangolo : in alto, c'è la Sacra Scrittura ; da un lato, gli Atti del Vaticano II, e, dall'altro, il nuovo Codice Canonico. E per risalire ordinatamente, coerentemente da questi due Libri, elaborati dalla Chiesa del secolo XX, fino a quel supremo ed indeclinabile vertice, bisognerà passare lungo i lati di un tale triangolo, senza negligenze ed omissioni, rispettando i necessari raccordi : tutto il Magistero — intendo dire — dei precedenti Concili Ecumenici ed anche (omesse, naturalmente, le norme caduche ed abrogate) quel patrimonio di sapienza giuridica, che alla Chiesa appartiene.

Possa così il Popolo di Dio, aiutato da questi essenziali parametri, procedere sicuro nel suo cammino, testimoniando con la fiducia animosa dei primi Apostoli[37] Gesù Cristo il Signore e l'eterno messaggio del suo Regno ((di giustizia, di amore e di pace » *(praefatio* nella Solennità di N. S. Gesù Cristo Re dell'universo). A tutti la mia Benedizione.

[36] *Confessioni VIII,* 12, 29; *PL* 32, 762.
[37] *At* 2, 29; 28, 31; *2 Cor* 3, 12.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECLARATIO

De Praelatura Sanctae Crucis et Operis Dei.

Praelaturae personales, quas ad «peculiaria opera pastoralia» perficienda Concilium Vaticanum II voluit (Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 10 § 2) quaeque dein iuridicam obtinuerunt ordinationem in legibus pontificiis ad exsequenda eiusdem Concilii Decreta latis (cfr. Motu pr. *Ecclesiae Sanctae,* Pars I, n. 4), aliud constituunt signum ac testimonium sollicitae illius curae qua peculiaribus nostri temporis necessitatibus in re pastorali atque in suo evangelizationis munere exercendo Ecclesia respondet. Quamobrem pontificia decisio qua « Opus Dei » in Praelaturam personalem, sub nomine « Sanctae Crucis et Operis Dei », erigendum est, apostolicae operositatis Ecclesiae efficacitatem directe et imprimis respicit ; qua ratione ad effectum re et opere adducitur novum instrumentum pastorale, hactenus in iure quidem desideratum ac praevisum, idque fit per institutionem quae probatas exhibet cautiones quoad doctrinam, disciplinam et apostolicum vigorem.

Simul vero, huiusmodi decisio « Operi Dei » confert ecclesialem ordinationem suo ipsius charismati fundationali atque germanae naturae sociali plene accommodatam, ita ut, dum problema eius institutionale apte solvit, harmonicam insertionem huius institutionis in actionem pastoralem organicam Ecclesiae universalis et Ecclesiarum localium apprime compleat efficaciusque eius servitium reddat.

Ut clare patet ex normis Sanctae Sedis istiusmodi Praelaturae structuram atque apostolicam operositatem regentibus — congrua quidem servata observantia legitimo Episcoporum dioecesanorum iuri debita —, notae praecipuae quibus constituta Praelatura insignitur hae sunt :

I. *Quod ad eius structuram attinet:*

a) Praelatura «Opus Dei» ambitu internationalis est habenda; Praelatus, qui est eius Ordinarius proprius, sedem centralem cum suis Consiliis Romae habet;

b) Praelaturae clerus, eidem incardinatus, ex laicis provenit ipsi incorporatis : nullus proinde candidatus ad sacerdotium, diaconus vel presbyter Ecclesiis localibus subtrahitur;

c) illi laici — cum viri tum mulieres, sive caelibes sive matrimonio iuncti, ex qualibet professione vel condicione sociali — qui servitio finis apostolici Praelaturae proprii sese dedicant, graves et qualificatas obligationes ad hoc assumentes, id efficiunt non vi votorum, sed vinculi contractualis iure definiti.

II. *Praelatura « Opus Dei » est structura iurisdictionalis saecularis, et ideo:*

a) clerici eidem incardinati quoad omnes effectus pertinent ad clerum saecularem, iuxta praescripta iuris generalis atque iuris Praelaturae proprii; arctas igitur relationes fovent unitatis cum sacerdotibus saecularibus Ecclesiarum localium et, quod ad constitutionem attinet Consiliorum presbyteralium, voce activa et passiva gaudent;

ö) laici Praelaturae incorporati non mutant suam condicionem personalem, sive theologicam sive canonicam, communium fidelium laicorum, et qua tales in omnibus se gerunt ac, reapse, in exercitio sui apostolatus ;

c) spiritus ac finis «Operis Dei» in lucem proferunt vim sanctificantem ordinarii laboris professionalis propriam, munus nempe sese in eo absolvendo labore sanctificandi, immo ipsum laborem sanctificandi eumque convertendi in apostolatus instrumentum; eorum ergo qui ad Praelaturam pertinent opera et apostolatus praecipue exercentur in locis, adiunctis atque structuris saecularis societatis propriis, attentis normis generalibus quae pro apostolatu laicorum dentur sive a Sancta Sede sive ab Episcopis dioecesanis;

d) quod ad optiones spectat in re professionali, sociali, politica, etc., laici fideles ad Praelaturam pertinentes, intra limites videlicet catholicae fidei et christianorum morum atque Ecclesiae disciplinae, eadem gaudent libertate qua ceteri fruuntur catholici, quorum sunt concives : Praelatura igitur suorum membrorum labores professionales, sociales, politicos, oeconomicos, etc, suos omnino non facit.

III. *Relate ad Praelati potestatem:*

a) ipsa est potestas ordinaria regiminis seu iurisdictionis, ad id circumscripta quod finem respicit Praelaturae proprium, et ratione materiae substantialiter differt a iurisdictione quae, in ordinaria cura pastorali fidelium, Episcopis competit;

b) praeter regimen proprii cleri, generalem secum fert directionem tum institutionis doctrinalis tum peculiaris curae spiritualis et apostolicae quas laici «Operi Dei» incorporati recipiunt, quo impensius ad Ecclesiae servitium sese dedant;

c) simul cum iure incardinandi proprios candidatos ad sacerdotium, Praelatus obligatione tenetur curandi peculiarem eorum institutionem in Centris Praelaturae, iuxta normas a competenti Sacra Congregatione latas, necnon vitam spiritualem ac permanentem institutionem eorum sacerdotum quos ipse ad sacros Ordines promoverit, ac praeterea eorum congruam sustentationem atque convenientem assistentiam ob infirmam valetudinem, senectutem, etc. ;

d) laici iurisdictioni Praelati obnoxii sunt in iis quae pertinent ad adimpletionem peculiarium obligationum, vitam spiritualem, doctrinalem institutionem atque apostolatus exercitium respicientium, quas ipsi libere sibi sumpserunt vinculo deditionis ad finem Praelaturae proprium.

IV. *Quoad dispositiones ecclesiasticas territoriales atque legitima Ordinariorum locorum iura:*

a) qui ad Praelaturam pertinent, iuxta iuris praescripta, normis territorialibus tenentur quae tum dispositiones generales respiciunt indolis doctrinalis, liturgicae ac pastoralis tum leges ordini publico consulentes ; sacerdotes praeterea generalem cleri disciplinam servare debent ;

b) Praelaturae sacerdotes facultates ministeriales petere debent, a competenti auctoritate territoriali concedendas, ut suum ministerium erga personas ad « Opus Dei » non pertinentes exercere possint ;

c) laici Praelaturae « Operis Dei » incorporati fideles esse pergunt earum dioeceseium in quibus domicilium vel quasi-domicilium habent, et subsunt igitur iurisdictioni Episcopi dioecesani in iis omnibus quae iure statuuntur quoad communes fideles.

V. *Quod ad pastoralem praeterea attinet coordinationem cum locorum Ordinariis atque ad proficuam insertionem Praelaturae « Operis Deiy> in Ecclesias locales, haec statuuntur:*

a) ad unumquodque Praelaturae Centrum erigendum, praevia semper requiritur venia sui cuiusque Episcopi dioecesani, cuius est praeterea ad normam iuris visitare huiusmodi Centra, de quorum actuositate regulariter certior fit;

b) relate ad paroecias vel templa, sive rectoralia sive non, aliaque ofiicia eclesiástica quae ipsi Praelaturae vel sacerdotibus eidem incardinatis a loci Ordinario concredita sint, fiet singulis in casibus conventio inter loci Ordinarium et Praelatum «Operis Dei» eiusve Vicarios;

c) omnibus in nationibus Praelatura debitas relationes servabit cum Praeside et organismis Conferentiae episcopalis, necnon frequenter cum Episcopis earum dioecesium in quibus ipsa operatur.

VI. Cum Praelatura inseparabiliter iungitur Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis, ad quam illi sacerdotes e clero dioecesano pertinere possunt, qui sanctitatem in exercitio sui ministerii consequi desiderent, iuxta spiritum et praxim asceticam « Operis Dei ». Vi tamen huius adscriptionis ipsi non efficiuntur membra cleri Praelaturae, sed quoad omnes effectus sub regimine manent proprii Ordinarii, quem, si id desideret, de praedicta adscriptione certiorem reddent.

VII. Praelatura dependet a Sacra Congregatione pro Episcopis (cfr. Const. Ap. *Regimini Ecclesiae universae,* n. 49 § 1) et, haud secus atque aliae iurisdictiones autonomae, capacitate gaudet ut, attenta materia de qua singulis in casibus agatur, quaestiones tractet cum competentibus Sanctae Sedis Dicasteriis.

VIII. Per Sacram Congregationem pro Episcopis, singulis quinquenniis Praelatus Romano Pontifici subiiciet diligentem relationem de Praelaturae statu, sub respectu sive pastorali sive iuridico, deque eius specifici laboris apostolici exsecutione.

Declarationem hanc de Praelatura « Sanctae Crucis et Operis Dei » Summus Pontifex Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, in audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro

Episcopis, d. 5 m. augusti a. 1982, ratam habuit, confirmabit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, d. 23 m. augusti a. 1982.

© **SEBASTIANUS** Card. B**AGGIO,** *Praefectus*

& Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 22 Martii 1983. — Titulari episcopali Ecclesiae Beneventensi R. P. Thaddaeum Godowski, Congregationis Missionis sodalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Lech Kaczmarek Episcopi Gedanensis.

die 25 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Cardiffensi Exc.mum P. D. Ioannem Aloysium Ward, hactenus Episcopum Menevensem.

— Cathedrali Ecclesiae Constantinianae R. D. Gabrielem Piroird, sodalem Instituti a Prado nuncupati et curionem paraeciae vulgo Bejaia.

die 6 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Rosgrensi R. D. Patricium Walsh, e clero dioecesis Dunensis et Oonnorensis et Collegii St. Malachiae moderatorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli Brendani Daly, Episcopi Dunensis et Connorensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hermianensi R. D. Antonium Farquhar, e clero dioecesis Dunensis et Connorensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli Brendani Daly, Episcopi Dunensis et Connorensis.

— Cathedrali Ecclesiae Cimbotiensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Aloisium Bambarén Gastelumendi, S.I., hactenus Episcopum Praelatum eiusdem Ecclesiae.

die 7 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Brixiensi Exc. P. D. Brunonem Foresti, hactenus Archiepiscopum Mutinensem, qui servabit archiepiscopalem dignitatem seu titulum ad personam.

— Cathedrali Ecclesiae Carpensi R. D. Alexandrum Maggiolini, in studiorum Universitate Catholica a Sacro Corde Iesu praeceptorem et vicarium episcopalem pro pastorali animi cultus apud Athenea et litterarum sedes dioecesis Mediolanensis.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Caroli Martini, Archiepiscopi Metropolitae Aquilani, constituit R. D. Marium Peressin, dioeceseos Concordiensis-Portus Naonis presbiterum.

die 11 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Tarraconensi Exc.mum P. D. Raimundum Torrella Cascante, hactenus Episcopum titularem Minerbinensem et Secretariatus-ad Christianorum unitatem fovendam Praesidis vicarium.

— Cathedralibus Ecclesiis Arretinae, Cortonensi et Biturgensi, in persona episcopi coniunctis, Exc.mum P. D. Ioannem D'Ascenzi, hactenus Episcopum Soanensem - Pitilianensem - Urbetelliensem.

die 12 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Matritensi Exc.mum P. D. Angelum Suquia Goicoechea, hactenus Metropolitanum Compostellanum.

die 18 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Carabellensi, posthac Taxensi-Carabellensi appellandae, Exc.mum P. D. Antonium Eliseum Zuqueto, hactenus Episcopum titularem Telensem et Auxiliarem Episcopi Otonipolitani.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Honorati Piazera, Episcopi Lagensis, Exc.mum P. D. Ioannem Oneres Marchiori, hactenus Episcopum Captatoropolitanum.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

TAURINEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Teresiae Valsé Pantellini, Sororis professae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Confiteor tibi, Pater, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis» (Mt 11, 25). In parvulis, seu humi-

libus quibus, dum in hoc exsilio fuerunt, summo amore Deus regni sui secreta revelavit, annumeranda est Teresia Valsé Pantellini, quae breve vitae suae spatium egit evangelicam perfectionem appetendo et persequendo.

Famula Dei Mediolani die 10 mensis Octobris anno 1879 pia et opulenta familia est orta, quae die 14 eiusdem mensis curavit ut baptismi sacramento accepto divina gratia renasceretur.

Donec aetatis duodecimum explevit annum domi est educata et erudita sub oculis parentum Iosephi Valsé Pantellini et Iosephillae Viglini ; qui in vitae christianae exercitio, praesertim in precibus Deo adhibendis et in amore erga pauperes atque egenos eximio ei fuerunt exemplo.

Ab ineunte adulescentia Teresia ostendit se aperto ingenio, peculiari ad musicam et poesim proclivitate, indole firma et prompta et ad fortia incepta idonea ese praeditam.

Die 20 mensis Octobris 1890, paucis ante diebus quam est patre orbata, intravit in nobile ephebeum seu gynaeceum SS. Dei Genitricis Salutatae, Florentiae situm in loco vulgo appellato *Poggio Reale,* ubi et maiorum disciplinarum iniit studium et die 29 mensis Martii sequentis anni est primum ad cenam Dominicam admissa. Eo die — ut postea futuro Bergomensi episcopo Radini Tedeschi patefecit — impulsum ad statum religiosum animadvertit et vovit se non esse matrimonium contracturam. Quae exinde facta est mutatio, tam manifesta fuit, ut gvnaecei magistrae, etsi laicae, eam condiscipulis puellis tamquam exemplar piae et studiosae alumnae proponerent ad imitandum.

Licet pergeret Florentiae commorari, quo familiares commigraverant, anno 1893 consessit in Institutum Matronarum a Sacro Corde, quippe quoniam hae aptiores esse videbantur ardori, quo animi vitam exoptabat. Hoc modo per alterum triennium Famula Dei operam dedit ut se humano cultu formaret et in virtutibus proficeret. Tum condiscipulae, tum magistrae, quae eo tempore fuerunt, uno ore testificatae sunt Teresiam, quamvis in studium assidue incumberet, esse Evangelii angustum iter ingressam suique contemptionem, ut Salvatoris praecepta sequeretur et gratiae in suis actibus concederet victoriam, ad verbum accepisse. Quam ob rem una fiebat multorum « parvulorum » et vivendo verba usurpabat, quibus divini Magistri sermo, quem supra memoravimus, concluditur : « *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde))* *(Mt* 11, 29).

Anno 1896 domum est reversa, infecto ob minus commodam valetudinem curriculo studiorum. Quattuor annos degit in saeculo, vivens pro facultatibus suae condicionis, sed cor fixum tenens in Deo. Num-

quam pietatis, praecationis et sacramentorum frequentationis officium deseruit. Caritatis operibus inservivit, ipsasque recreationes est nisa sanctas efficere, ex quibus se eripere non poterat. Sed ante omnia cavit ut, adiuvantibus peritis spiritus magistris, cognosceret quid in posterum a se vellet Deus.

Tres et viginti annos nata, re attente perpensa, cum se ex difficultatibus et impedimentis carissimorum suorum expedivisset, postridie Kalendas Februarias ingressa est Institutum Filiarum a Maria Auxiliatrice, quod casu Romae cognoverat. Pauperi et derelictae iuventuti educandae, secundum spiritum S. Ioannis Bosco et S. Mariae Mazzarello, se dedere cupiebat.

Quid status religiosus esset mox incommodis et angustiis intellexit. Cibaria non eadem erant, quae in domo eius ; habitationes paupertatem fanciscanam redolebant; et oportebat se ad regulares disciplinas et ad oboedientiam conformaret. Teresia Valsé Pantellini nihil omnino dubitavit mores suos immutare et susceptum iter conficere. Antistitae, eius virtutes et alacritatem in officio obeundo admiratae, dicebant : « Postulans, quam habemus, angelus est ».

Feliciter altero novitiatus experimento spectato, die 3 mensis Augusti anno 1903 Famula Dei magno cum gaudio professionem religiosam fecit et, quamquam non bona utebatur valetudine, fructuosum adorta est apud Romanam Transtiberinam iuventutem apostolatum. Ei propositum fuit ne, secundum evangelicam parvitatis interioris doctrinam, ab hominibus conspiceretur ; sed neglegi et ignorari non potuerunt virtutes non communes quas maiore in dies fervore et indefatigata sedulitate exercebat. Singulares fuerunt eius humilitas, se devovendi ardor, apostolica navitas, in tolerando et in ignoscendo magnanimitas. Etsi per omnia accurata fuit et diligens, tria tamen non longae eius vitae religiosae capita fuerunt : amor in Deum, certamen contra naturam, contentio se occultandi. Volebat sancta fieri, sed sine ostentatione, ne oculis occursaret, immo testes et spectatores — uti apparet ex tabulis iudicialibus — consentiente voce laudibus efferunt bonitatem et pietatem Servae Dei, comitatem, benignitatem in audiendo, in educando, in corrigendo, summam in omnibus actibus vitae communis probitatem.

Gravi morbo correpta, qui sine intermissione eius gracilitatem comminuerat, anno 1907 Augustam Taurinorum se contulit, ubi die 3 mensis Septembris, solaciis communita fidei, quae semper, dum vixit, ei fuerat forti praesidio, pie sancteque cursum dierum suorum absolvit, cum nondum undetriginta esset annorum.

Fama sanctitatis, quam viva est consecuta, post eius mortem

firmata est et increbruit, quomodo primae indagationes iuxta canonicas leges inceptae suo tempore probaverunt. Quibus indagationibus recognitis aliisque iustis sollemnitatibus perfectis, die 3 mensis Decembris anno 1944 promulgatum est Decretum, quo Pius XII tum fel. reg. Introductionem Causae Beatificationis et Canonizationis Servae Dei signavit.

Constare deinde de oboedientia Urbanianis praescriptionibus super indebito cultu Sacra tunc Rituum Congregatio die 14 Decembris anno 1945 edixit. Apostolici postmodum annis 1946-1949 processus adornati sunt in ecclesiasticis Curiis Taurinensi, Fiorentina, et anno 1955 apud Urbis Vicariatum super virtutibus Servae Dei in specie. De omnium autem processuum iuridica forma et vi latum est Decretum die 15 mensis Aprilis anno 1955.

Quibus omnibus rite absolutis, deventum est ad disceptationem super theologalibus et cardinalibus eiusdem Famulae Dei virtutibus, prius quidem, die 15 Decembris anno 1981, in Congressu Peculiari Ofiicialium Praelatorum Patrumque Consultorum; et deinde, die 11 Maii anno 1982, in Coetu Ordinario Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Francisco Carpino. De favorabili autem utriusque coetus exitu certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 19 Iunii eodem anno 1982, per subscriptum Cardinalem Praefectum ; et Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habens, mandavit ut Decretum super Servae Dei virtutibus appararetur.

Quod cum rite esset factum, idem Summus Pontifex hodierno die, accitis Rev.mis Cardinalibus infrascripto et Francisco Carpino, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servae Dei Teresiae Valsé Pantellini, Sororis professae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Iulii A. D. 1982.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. & S.

& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovarmi Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, 14 Aprile 1983, S. E. il Signor **HAMED**, Ministro degli Affari Esteri dello Sri Lanka.

Venerdì, 15 Aprile 1983, S. E. il Signor **CHOI KYU HAH**, Presidente del Consiglio per gli Affari di Stato della Repubblica di Corea.

Giovedì, 28 Aprile 1983, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto la riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei sacri Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22	marzo	1983.	Gli Em.mi e Rev.mi Signori Cardinali Franjo Kuharic e Jean-Marie Lustiger, *Membri della Sacra Congregazione per i Vescovi.*
25	aprile	»	P. Pierre Duprey, P. A., *Segretario del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

Prelati d'Onore di Sua Santità:

5	gennaio	1979.	Mons. Johannes Müllejans (Aachen).
»	»	»	Mons. Carl Heinz Collas (Aachen).
23	»	»	Mons. August Peters (Aachen).
18	settembre	»	Mons. Giuseppe Scharbert (Passau).
5	gennaio	1980.	Mons. Bernhard Egger (München und Freising).
24	luglio	»	Mons. Arnold Poll (Aachen).
17	giugno	1981.	Mons. Friedrich Fahr (München und Freising).
14	ottobre	»	Mons. Karl Delahaye (Aachen).
»	»	»	Mons. Johannes Sistig (Aachen).
30	novembre	»	Mons. Zoilo Umali (Lipa).
12	settembre	1982.	Mons. Peter Buchholz (Aachen).
29	dicembre	»	Mons. Francesco Grasselli (Todi).
»	»	»	Mons. Eraldo Rosatelli (Orvieto).
18	gennaio	1983.	Mons. Maximilian Ziegelbauer (Augsburg).

18 gennaio 1983. Mons. Johann Dischinger (Augsburg).
29 » » Mons. John Francis McCarthy (Helena).
» » » Mons. Stasys Zilys (Telsiai).
» » » Mons. Angelo Mottola (Aversa).
» » » Mons. Luigi Marinelli (Cerignola).
» » » Mons. Joan Tautu (Oradea Mare).
7 febbraio » Mons. Fabricio Gebigan (Pagadian).
8 aprile » Mons. Carlo Ghidelli (Crema).

Cappellani di Sua Santità:

5 gennaio 1979. Il sac. Peter Buchholz (Aachen).
» » » Il sac. Wilhelm Ernest Nusselein (Aachen).
10 dicembre 1980. Il sac. Karl Stephan Fischer (Fulda).
10 dicembre 1981. Il sac. Albert M. Boongaling (Lipa).
29 dicembre 1982. Il sac. Bruno Tortolini (Orvieto).
» » » Il sac. Marcello Pettinelli (Orvieto).
» » » Il sac. Dino Pelorosso (Orvieto).
» » » Il sac. Angelo Montalto (Orvieto).
» » » Il sac. Marzio Miscetti (Orvieto).
» » » Il sac. Sauro Carletti (Orvieto).
» » » Il sac. Ljudevit Petrak (Zagreb).
» » » Il sac. Josip Dumic (Zagreb).
» » » Il sac. Josip Crnkowié (Zagreb).
» » » Il sac. Jvan Doslin (Zagreb).
» » » Il sac. Marijan Miheléic (Zagreb).
» » » Il sac. Josip Pinturié (Zagreb).
» » » Il sac. Josip Frkin (Zagreb).
» » » Il sac. Jvanjko Branko (Zagreb).
» » » Il sac. Jvan Horvat (Zagreb).
» » » Il sac. Zëljko Slonjsäk (Zagreb).
» » » Il sac. Matija Stepinac (Zagreb).
12 gennaio 1983. Il sac. Antonio Minciotti (Città di Castello).
18 » » Il sac. Hermann Volck (Augsburg).
» » » Il sac. Heinz Eudenbach (Augsburg).
25 febbraio » Il sac. Raffaele Faccone (Larino).
9 marzo » Il sac. Bronislaus Jankowski (Gniezno).
» » » Il sac. Georgius Golebiewski (Gniezno).
» » » Il sac. Joannes Kozinski (Gniezno).
12 aprile » Il sac. Pietro Pintus (Roma).
» » » Il sac. Antonino Ubaldi (Roma).
» » » Il sac. Luigi Baratti (Roma).
» » » Il sac. Antonino D'Animando (Roma).
» » » Il sac. Alfredo Bona (Roma).
» » » Il sac. Umberto Colafranceschi (Roma).
» » » Il sac. Nicola Battarelli (Roma).
» » » Il sac. Aurelio Screpanti (Roma).
» » » Il sac. Sisto Gualtieri (Roma).
14 » » Il sac. Ferdinando Cogo (Larino).

14 aprile 1983. Il sac. Armando Galardi (Larino).
» » » Il sac. Sante Izzi (Larino).
» » Il sac. Vincenzo Chiodi (Larino).
» » Il sac. Mario Lago (Larino).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

26 marzo 1981. Al sig. Georg Leber *(Germania).*
27 novembre 1982. Al sig. Angelo Minazzi (Milano).
11 marzo » Al sig. Luigi Rossi de Gasperis (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

13 luglio 1982. Al sig. Bernd Potthast (Köln).
27 novembre » Al sig. Carlo Ganna (Milano).
16 marzo 1983. Al sig. Emile Chandesais (Autun).
23 » » Al sig. Fernando Domenici (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 ottobre 1979. Al sig. Ferdinand Oertel (Aachen).
7 ottobre 1980. Al sig. Paul Dahm (Aachen).
13 luglio 1982. Al sig. Alois Rummel (Köln).
» » » Al sig. Wolfgang Kluxen (Köln).
» » » Al sig. Erwin Müller (Köln).
27 novembre » Al sig. Giovanni Bianchi (Milano).
12 febbraio 1983. Al sig. Louis Piessat (Lyon).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27 novembre 1982. Al sig. Gaudenzio Pedo ja (Milano).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27 novembre 1982. Al sig. Elio Baldoni (Milano).
» » » Al sig. Angelo Oliari (Milano).
» » » Al sig. Angelo Spreafico (Milano).
12 gennaio 1983. Al sig. Quintilio Marsili (Città di Castello).
18 » » Al sig. Johannes Kögel (Augsburg).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7 ottobre	1980.	Al	sig Georg Fischer (Aachen).
C dicembre	»	Al	sig Paul Luhn (Berlin).
16 marzo	1981.	Al	sig. Josef Loogen (Aachen).
19 giugno	»	Al	sig Eugenio Perez (Lipa).
» »	»	Al	sig Cesar Macatangay (Lipa).
	»	Al	sig Alejandro Mercado (Lipa).
	»	Al	sig. Ricardo N. Mayuga (Lipa).
		Al	sig. Celestino Dimayuga (Lipa).
»	»	Al	sig Ramon Martínez (Lipa).
»	»	Al	sig José T. Unson (Lipa).
3 ottobre		Al	sig. Jürgen Bringmann (Vicariato Castrense di Bonn).
»	»	Al	sig. Günther Reichel (Vicariato Castrense di Bonn).
»		Al	sig. Willy Trost (Vicariato Castrense di Bonn).
13 luglio	1982.	Al	sig. Johann Wiese (Köln).
7 agosto		Al	sig Peter Brüggen (Köln).
27 novembre	»	Al	sig. Serafino Goletti (Milano).
22 gennaio	1983.	Al	sig Carlo Colombo (Milano).
» »	»	Al	sig Joseph Hubert Sak (Anvers).
24 »		Al	sig. Julien Mascre (Malines Bruxelles).
12 febbraio		Al	sig. Emilio Zenari (Verona).

NECROLOGIO

14 aprile	1983.	Mons. Valerien Bélanger, Vescovo tit. di Cirene.
15 »		Mons. Georges Layek, Arcivescovo di Alep degli Armeni *(Siria).*
» »	»	Mons. Jules Puset, Vescovo già di Tamatave *(Madagascar).*
17 »		Mons. Joseph A. McNicholas, Vescovo di Springfield in Illinois *(Stati Uniti d'America).*
30 »	»	Mons. Vicente Reyes, Vescovo già di Cabanatuan *(Filippine).*
»		Mons. Francis *D.* Gleeson, Vescovo già di Fairbanks *(Alaska - Stati Uniti d'America).*

An. et vol. LXXV 1 Iunii 1983 Pars I, N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

ITUIUTABENSIS

Distractis quibusdam territoriis a dioecesibus Fertiliensi et Uberabensi, in Brasilia, nova dioecesis conditur nomine Ituiutabensis.

IOANNES PAULUS PP. II

Quo melius spiritualibus necessitatibus Christifidelium sibi ipsis commissorum consuleretur, Yenerabiles Fratres Stephanus Cardoso de Avelar Episcopus Fertiliensis ac Benedictus de Ulhóa Vieira Archiepiscopus Uberabensis, audita prius Conferentia Episcopali Brasiliae, Apostolicae Sedi suaserunt ut disiunctis earundem dicionum latissimis regionibus nova ibidem excitaretur dioecesis. Nos itaque consilio adsensi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Patrum Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum censemus demum preces ita prudenter Nobis admotas posse utiliter profecto exaudiri quippe cum propositum illud valde arbitremur catholici nominis prosperitati eis in locis esse profuturum. Haec proinde singula sequentia constituimus fierique usquequaque volumus. De plenitudine apostolicae potestatis Nostrae, suppleto quatenus opus sit eorum omnium quorum interest potestve interesse consensu, a dioecesi Fertiliensi distrahimus integram regionem quae in praesens lege ex civili circumscribitur finibus municipiorum vulgo nuncupatorum : *Ituiutaba, Cachoeira Bourada, Canapolis, Centralina, C-urinhata, Ipiaçu* et *Santa Vitoria;* simul autem ab archidioecesi Uberabensi segregamus integram regionem

quae in praesens lege ex civili circumscribitur finibus municipiorum vulgo nuncupatorum : *Campina Verde, Itapagipe, Iturama* et *Sao Francisco de Sales.* Quibus de universis sic locis separatis ac definitis limite eorundem oppidorum commemoratorum novam condimus dioecesim posthac Ituiutabensem rite appellandam cuius episcopalem statuimus sedem ipsa in urbe Ituiutaba ibidemque paroeciale templum Deo dicatum ad Sancti Iosephi honorem provehimus ad gradum ac dignitatem cathedralis ecclesiae. Huic insuper dioecesi et Ituiutabensi Episcopo pro tempore honores et insignia, iura et privilegia cuncta tribuimus quibus reliquae episcopales ecclesiae earumque pastores ad communis iuris normam fruuntur atque honestantur ipsumque vero Episcopum oneribus et officiis adstringimus quibus ceteri item ligantur Episcopi. Dioecesim porro novam hanc suffraganeam subesse volumus Metropolitanae Ecclesiae Uberabensi eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Uberabensis subicimus. Maiorem dein decorem et utilitatem Ecclesiae Ituiutabensi inde praevidentes decernimus ut cathedrale instituatur in ea capitulum secundum vigentes in illa provincia consuetudines normasque alio quae decreto edentur suo tempore; quamdiu autem canonicorum capitulo carebit dioecesis volumus pro eis erigatur dioecesanorum consultorum coetus. Mensam praeterea episcopalem novae dioecesis constituent emolumenta Curiae et fidelium stipes et portio ei obtingens e bonorum divisione ad regulam can. 1500 C.I.C. facienda quae adhuc ad mensam episcopalem dioecesium Fertiliensis et Uberabensis pertinuerunt. Circa seminarii dioecesani erectionem necnon sacrorum candidatorum formationem serventur iuris communis instituta, praesertim ante oculos collocatis normis decreti Concilii Vaticani II «Optatam totius» et regulis a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica emissis. Selecti autem alumni seminariorum philosophicis et theologicis disciplinis imbuendi necnon sacerdotes ad studia complenda, quantum fieri potuerit, Romam ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense mittantur. Simul atque Ituiutabensis dioecesis erectio ad effectum erit adducta, continuo sacerdotes illi Ecclesiae adscripti existimentur in cuius finibus beneficium obtinent vel ecclesiasticum officium, ceteri vero clerici seminariique tirones Ecclesiae isti maneant incardinati vel incardinentur in cuius dicione legitimum habent domicilium. Quod vero ad novae dioecesis attinet gubernium et administrationem et electionem Vicarii Capitularis sede vacante aliaque id genus adamussim observentur quae singula his de rebus praescribunt canones sacri. Acta porro et documenta, quae novam dioecesim eiusque clericos ac fideles

necnon bona respiciunt temporalia, a Curiis Fertiliensi et Uberabensi ad Curiam Ituiutabensem diligenter pervebantur ut in condendo ibidem tabulario reserventur. Quae omnia ad legitime perficienda destinamus Venerabilem Fratrem Carolum Furno Archiepiscopum titulo Abaritanum et in Brasilia Apostolicum Nuntium, ei necessariis quidem opportunisque tributis facultatibus etiam subdelegandi quemlibet virum in dignitate ecclesiastica constitutum ad effectus de quibus hic agitur, officio simul imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis verum exemplar peractae ita exsecutionis transmittendi. Iubemus denique universa a Nobis hunc in modum praestituta plenissime exserere suam vim tam in praesens quam posterum in tempus quibuslibet rebus neutiquam obsistentibus.

Datum Romae apud S. Petrum die xvi mensis Octobris anno Domini **MCMLXXXII** Pontificatus Nostri quinto ipso ineunte.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

B **SEBASTIANUS** Card. B **AGGIO**
8. Congr. pro Episcopis Praef.

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab., n. IO4948.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum Visitationis Beatae Mariae Virginis, in dioecesi Varmiensi situm, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Satis constat quanta pietate Polonica gens prosecuta sit praeteritis temporibus et adhuc prosequatur Beatam Mariam Virginem, quantumque auxilii inde perceperit et percipiat ad servandam erga Christum et Ecclesiam fidelitatem ; quam ob rem opportunum esse videtur hunc cultum firmari et augeri, tum efficiendo ut melius eius potentissimae Patronae amor et misericordia cognoscatur, tum iustos tribuendo honores locis et templis ubi ea peculiari fidelium frequentatione colitur. Quoniam igitur Venerabilis Frater Ioannes Oblak,

Episcopus Varmiensis, denuntiatas cleri et Christi fidelium votis ad rem pertinentibus, ab hac Apostolica Sede petivit ut ecclesia Visitationis Beatae Mariae Virginis in Sacra Tilia, intra fines eiusdem dioecesis sita, dignitate decoraretur et titulo Basilicae Minoris, Nos, considerantes templum illud historia et arte esse praeclarum, peregrinatoribus saepissime crebrum, paroeciali florens vita, et etiam imaginem Beatae Virginis ibi cultam recenter esse diademate coronatam, hocque causam esse existimantes cur templi maior fieret honor, libenter postulationem admisimus. Quapropter, adprobantes quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuit datis a Nobis olim facultatibus, ecclesiam Visitationis Beatae Mariae Virginis in Sacra Tilia, in dioecesi positam Varmiensi, titulo et dignitate Basilicae Minoris insignimus, cum omnibus iuribus et liturgicis privilegiis iure ad eam pertinentibus, dummodo serventur quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » praescribit, die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII editum. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Februarii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tao., n. 108//12.

II

In civitate Belizensi Nuntiatura Apostolica constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Patet Ecclesiam ipsa sua natura in omnibus quae agit quaerere filiorum suorum salutem proindeque cum Legationes apud res publicas constituit non solummodo sibi proponere ut cum his amicitiae vincula ineat, verum etiam, quin immo potissimum, ut utilitati Christi fidelium in iisdem degentium efficacius aptiusque prospiciat. Qua de causa re bene considerata et perpensa Nos, summa usi Nostra potestate et auctoritate, per has Litteras Nuntiaturam Apostolicam constituimus apud civitatem Belizensem, eidem deferentes omnia iura, privilegia, honores, praerogativas et indulta eiusmodi Legationum propria. Haec edicimus et statuimus, de-

cementes ut Apostolicae hae Litterae et nunc et in posterum vim habeant. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Martii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco & Sigilli
In Secret. Status tab., n. lOVfiS.

CONVENTIO

INTER SANCTAM SEDEM ET REM PUBLICAM AEQUATORIANAM

Acuerdo entre la Santa Sede y la República del Ecuador sobre asistencia religiosa a las Fuerzas Armadas y Policía Nacional.

La Santa Sede y el Gobierno del Ecuador, deseando proveer de manera conveniente y estable a la asistencia religiosa del personal católico del Ejército, Armada, Fuerza Aérea y Policía en servicio activo, han decidido llegar a un Acuerdo y, con este objeto han nombrado plenipotenciarios, a saber : Su Santidad el Sumo Pontífice Paulo VI, a su Excelencia Monseñor Luigi Accogli, Nuncio Apostólico en el Ecuador; y el Excelentísimo Señor Presidente del Consejo Supremo de Gobierno de la República del Ecuador, Vicealmirante Alfredo Poveda Burbano, a su Excelencia el Señor Lic. José Ayala Lasso, Ministro de Relaciones Exteriores los cuales, después de haber canjeado sus Plenos Poderes y hallándolos en debida forma, han convenido en los artículos siguientes :

ARTÍCULO PRIMERO

La Santa Sede constituye en el Ecuador un Vicariato Castrense para atender al cuidado espiritual de los Miembros del Ejército, Armada, Fuerza Aérea y Policía en servicio activo. Sin perjuicio de las disposiciones fijadas en el presente Acuerdo, el Vicariato Castrense se rige por el Decreto de erección Eclesiástica emanado por la Sagrada Congregación para los Obispos y las Normas contenidas en la Instrucción « De Vicariis Castrensibus » del 23 de abril de 1951.

ARTÍCULO SEGUNDO

El Servicio religioso castrense, cuya actividad, y funcionamiento estarán conformes al espíritu de este Acuerdo, está integrado por el Vicario Castrense, el Pro Vicario General y los Capellanes castrenses.

ARTÍCULO TERCERO

El Vicario Castrense será nombrado por la Santa Sede, previo acuerdo con el Gobierno del Ecuador. En el caso de ausencia o impedimento temporales del Vicario Castrense o su Provicario, la Santa Sede proveerá interinamente el sustituto.

ARTÍCULO CUARTO

El Vicario Castrense tratará directamente con el Ministro de Defensa Nacional el despacho de todos los asuntos inherentes a su cargo.

ARTÍCULO QUINTO

El Vicario Castrense reclutará su clero escogiendo entre los sacerdotes diocesanos y religiosos que tengan debida autorización de sus Ordinarios o Superiores.

ARTÍCULO SEXTO

Si algún miembro del clero castrense debiere ser sometido a procedimiento penal o disciplinario por parte de las autoridades militares, éstas resolverán de acuerdo con el Vicario Castrense, sobre el lugar y forma más conveniente para que el acusado cumpla la sanción que dichas autoridades le impongan.

El Vicario Castrense podrá suspender o destituir por causas canónicas al personal del clero castrense, debiendo comunicar esta providencia al Ministerio respectivo, el cual procederá en consecuencia.

El personal del clero castrense estará sometido, además, por razones de lugar, a la disciplina y vigilancia de los obispos diocesanos, quienes, en caso de infracción, informarán al Vicario Castrense, pudiendo en caso de urgencia tomar las medidas canónicas respectivas, informando de ello al Vicario Castrense.

ARTÍCULO SÉPTIMO

La Jurisdicción del Vicario Castrense y de los Capellanes es personal y se extiende a los miembros del Ejército, Armada, Fuerza Aérea y Policía en servicio activo, incluyendo los Auxiliares y Empleados, sus familiares y sus domésticos, que convivan con ellos en los establecimientos militares. La Jurisdicción del Vicario Castrense es cumulativa con la de los Ordinarios diocesanos.

ARTÍCULO OCTAVO

Es competencia del Vicario Castrense, además de enviar instrucciones a los Capellanes Militares y de pedir los informes que creyere oportuno, la de efectuar por sí o por sus delegados, inspecciones «in loco » de la situación del servicio religioso castrense.

ARTÍCULO NOVENO

El Ministerio de Defensa Nacional, de acuerdo con el Vicario Castrense expedirá el Reglamento concerniente a los cuadros, ingresos y ascensos de los Capellanes Militares, así como los derechos y obligaciones de ellos en su carácter de Oficiales de las Fuerzas Armadas y de la Policía. Dicho Reglamento entrará en vigor con todos sus efectos, después de que la Santa Sede haya manifestado no tener objeciones sobre el mismo.

ARTÍCULO DÉCIMO

En tiempo de paz, los clérigos, los seminaristas, los religiosos y los novicios están exentos del servicio militar. En caso de movilización general, los sacerdotes prestarán el servicio militar en forma de asistencia religiosa; los demás clérigos y religiosos serán destinados, a juicio del Vicario Castrense, para servicios auxiliares de los Capellanes o a las organizaciones sanitarias.

Estarán exentos del servicio militar, aun en el caso de movilización general, los Ordinarios, los sacerdotes que tengan cura de almas, como los párrocos y coadjutores, los rectores de iglesias abiertas al culto y los sacerdotes al servicio de las Curias diocesanas y de los Seminarios.

ARTÍCULO DÉCIMO PRIMERO

Si surgiere alguna dificultad en la interpretación y aplicación del presente Acuerdo y de su respectivo Reglamento, las Altas Partes Contratantes procederán de común acuerdo a una amistosa solución.

ARTÍCULO DÉCIMO SEGUNDO

El presente Convenio será ratificado de conformidad con las normas legales de las Altas Partes Contratantes y entrará en vigencia al verificarse el canje de los respectivos instrumentos de ratificación, que se efectuará dentro del más breve plazo posible.

En caso de que una de las dos Altas Partes Contratantes considere que han cambiado fundamentalmente las circunstancias en las que se celebra este Acuerdo, iniciarán negociaciones con objeto de actualizarlo.

En fe de lo cual, los Plenipotenciarios arriba nombrados firman el presente Acuerdo, en dos ejemplares igualmente auténticos, en la ciudad de Quito, a los tres días del mes de Agosto de mil novecientos setenta y ocho.

Por la Santa Sede

Monseñor **LUIGI ACCOGLI**
Nuncio Apostólico
en el Ecuador

Por el Gobierno del Ecuador

JOSÉ AYALA LASSO
Ministro
de Relaciones Exteriores

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rem publicam Aequatorianam rata habita una cum Litteris quibus die XXVII mensis Ianuarii ac VI Iulii anno MC M LX X XII memoratae Rei publicae Moderatores et Nuntiatura Apostolica in urbe Quito quasdam notas ad eandem Conventionem explicandam atque complendam pacti erant, die XXVI mensis Martii anno MCMLXXXIII, in Civitate Vaticana, instrumenta ratihabitionis accepta et reddita sunt; a quo die Conventio vigere coepit.

EPISTULA

Em.mo P. D. Iosepho S. R. E. Presbytero Cardinali Höffner, Archiepiscopo Coloniensi, XXV anno elapso a constitutione operis fundati « Misereor » missa.

MEINEM EHRWÜRDIGEN BRUDER JOSEPH KARDINAL HÖFFNER, VORSITZENDER DER DEUTSCHEN BISCHOFSKONFERENZ.

In diesen Wochen der Vorbereitung auf das Osterfest, das Fest der Erlösung und der Versöhnung, richte ich an Euch, liebe Brüder und Schwestern, Bischöfe und Gläubige in der Bundesrepublik Deutschland, ein aufrichtiges Wort der Anerkennung und des Dankes. Anlaß dazu ist die Fastenaktion Misereor, die Ihr in dieser österlichen Bußzeit zum 25. Male durchführt.

»Misereor« habt Ihr Eure Aktion vor 25 Jahren genannt. Durch die Wahl dieses Namens bringt Ihr zum Ausdruck, daß Ihr Euren Beitrag zur menschlichen Entwicklung, zur Uberwindung von Not, Ungerechtigkeit, Hunger und Krankheit in der Welt zutiefst als ein Werk Eures Glaubens und als Teilhabe an dem unendlichen göttlichen Erbarmen verstehen wollt, das uns in Jesus Christus geschenkt ist. Diese Verankerung Eurer Aktion im Glauben und ihre Verknüpfung mit der christlichen Tradition des Fastens war eine wegweisende Entscheidung. Sie war die Voraussetzung dafür, daß Eure Hilfe, die ihre Kraft aus der Bekehrung des Herzens und der Besinnung auf die wahre, in Christus geoffenbarte Würde des Menschen hat, für viele Millionen von Notleidenden und Unterdrückten zu einem christlichen Zeichen der Hoffnung werden konnte.

Die 25. Fastenaktion »Misereor« fällt zeitlich mit der Eröffnung des außerordentlichen Heiligen Jahres zusammen. Das Jubiläumsjahr der Erlösung, das wir zur Erinnerung an den Tod und die Auferstehung Christi vor 1950 Jahren feiern, soll für die ganze Kirche ein Jahr der Besinnung auf die versöhnende und Einheit stiftende Kraft der christlichen Botschaft sein. Es soll uns bereit machen zu Buße und Umkehr, zu einer weltweiten Bewegung für Versöhnung und Frieden.

Je mehr wir uns in das Geheimnis der Erlösung, in das Geheimnis Jesu Christi, seiner Menschwerdung, seines Todes und seiner Auferstehung vertiefen, um so mehr wird uns bewußt, wie unendlich groß Gottes Erbarmen mit jedem einzelnen Menschen und mit der ganzen

Menschheit ist. Von Gott überreich beschenkt fühlen wir uns zugleich gedrängt und aufgefordert, seine Gaben auch an unsere notleidenden Brüder und Schwestern weiterzuschenken. Christus selbst hat gelehrt, »daß der Mensch das Erbarmen Gottes nicht nur empfängt und erfährt, sondern auch berufen ist, an seinen Mitmenschen Erbarmen zu üben : "Selig die Barmherzigen, denn sie werden Erbarmen finden"«:.[1]

Bei zahlreichen Begebenheiten, vor allem aber auf meinen Pastoralreisen, habe ich mich davon überzeugen können, daß Euer Fastenopfer und die Arbeit Eures Bischöflichen Hilfswerkes »Misereor« reiche Früchte tragen. Euer Bruderdienst schenkt vielen Menschen neuen Lebensmut. Den Schwesterkirchen hilft Eure Solidarität, dem Auftrag des Evangeliums besser gerecht zu werden. Gemeinsam mit vielen anderen Fastenaktionen und Hilfswerken und in enger Zusammenarbeit mit dem Papstlichen Rat *Cor Unum* leistet Ihr einen unverzichtbaren Beitrag dazu, daß mehr Menschen ihre von Gott geschenkte Würde erfahren und zu neuer Hoffnung und Lebensfreude gelangen können. Dies dient zugleich der sozialen Gerechtigkeit, der Versöhnung und dem Frieden und fördert die Einheit unter den Völkern und in der Kirche. Dafür möchte ich Euch von Herzen danken.

In vielen Ländern ist die Not der Menschen unsagbar groß, und an manchen Orten wird sie sogar von Tag zu Tag noch größer. Laßt deshalb nicht nach in Eurer Bereitschaft, dem Schwachen, Hungernden, Kranken und dem in seiner Würde verletzten Bruder beizustehen. Laßt nicht nach in Eurer Bereitschaft zum brüderlichen Teilen, auch wenn Euch im eigenen Land wirtschaftliche Schwierigkeiten, Arbeitslosigkeit und manch andere Nöte bedrängen. Erinnert Euch stets daran : Wer gibt, dem wird in Überfülle gegeben werden. Seid daher stets offen für die Weisheit und Werte der anderen Völker. Laßt Euch von ihnen auch in Eurem Glauben stärken. Ich bitte Euch, laßt uns gemeinsam und zu jeder Zeit Gottes Erbarmen anrufen und es durch Wort und Tat unaufhörlich verkünden, vor allem aber in dieser österlichen Bußzeit und während des nun beginnenden Heiligen Jahres.

»Misereor super turbam« — »Mich erbarmt der Menschen«.[2] Möge er, der einst diese Worte gesprochen hat, uns den tiefen Sinn des Erbarmens erschließen und uns helfen, seines Erbarmens würdig zu sein. Dazu erteile ich Euch, meinen Mitbrüdern im Bischofsamt und

[1] **Enzyklika *Div. in Mis.*, 14.**

[2] ***Mk 8,* 2.**

allen Gläubigen in der Bundesrepublik Deutschland, die das verdiente Hilfswerk »Misereor« in der Vergangenheit durch ihr persönliches Opfer getragen haben und auch weiter großzügig fördern, von Herzen meinen besonderen Apostolischen Segen.

Aus dem Vatikan, am 22. Februar 1983.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam Lusitaniae sacros praesules occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Amados írmeos em Cristo-'

1. Ao saudar-vos cordialmente, aqui congregados na caridade do Espirito Santo, desejo-vos graça e paz, da parte de Deus nosso Pai e do Senhor Jesus Cristo. E vamos continuar o coloquio fraterno, iniciado pessoalmente em Fatima há meses, e prosseguido nestes dias, no encontró com cada um de vós. Considero actuáis as sentidas palavras de apreço e estímulo dessa manhâ de treze de Maio último; e dirigindo-me a vós, penso também nos demais Irmäos Bispos portugueses, com quem irei encontrar-me próximamente ; e penso nas suas Comunidades diocesanas e em todos os filhos de Portugal.

Neste momento, para mim muito grato, a vossa afirmaçâo de inequívoca devoçâo e fidelidade é algo que transcende as pessoas e se reveste de um significado particular. Estais em visita «ad Limina Apostolorum » : convosco estâo as vossas Diocèses, certamente por vós mobilizadas neste sentido, a testemunhar a vitalidade perene, nas Circunscriçoes da Provincia Eclesiástica de Braga, da Igreja una, santa, católica e apostólica, garantida pela promessa do Senhor: «Estarei sempre convosco, até ao firn do mundo » -[1]

Ao celebrarmos aqui a unidade na caridade, em Igreja, recordo muitas imagens e episodios da minha recente visita pastoral ao vosso País e peregrinaçâo a Fatima. Nunca esquecerei aquele dia cinzento

* Die 4 m. Februarii a. 1983.

[1] *Mt* 28, 20.

de quinze de Maio, quando tive a alegría de ver, em contraste nítido com as condiçôes climáticas, a irradiante simpatía e a calorosa hospitalidade das gentes da vossa bela regiâo ; experimentei-as nomeadamente em Coimbra, Braga e Porto, onde havia encontros marcados ; mas o mesmo se repetiría, certamente, nas outras terras, por mim envolvidas em igual estima, mas que nâo me foi possível visitar.

Aceitai, ainda urna vez, a minha gratidao, pelo acolhimento generoso, afável e simples, à boa maneira portuguesa. Muito obrigado !

Dalle ore mattutine del Giorno susseguente il sabato, si diffonde l'annunzio della tomba vuota.

In questo annunzio si sviluppa il primo messaggio pasquale.

« Voi cercate Gesù Nazareno, il crocifisso. È risorto, non è qui » .[2]

« La destra del Signore ha fatto meraviglie)).[3]

[5] Cfr. *Col* 1, 24.

* Die 3 m. Aprilis a. 1983.

[1] *Le* 24, 5-6.

[2] *Me* 16, 6.

[3] *Sai* 117 (118), 16.

2. Verso quel luogo « dove l'avevano deposto »[4] pellegrinano i secoli.

Le generazioni sostano davanti alla tomba vuota, così come un tempo vi si sono soffermati i primi testimoni.

In quest'Anno, più che mai, andiamo in pellegrinaggio alla tomba ¿i Cristo.

Torniamo alle primissime parole annunziate alle Pie Donne, nelle quali si è sviluppato il messaggio pasquale.

In quest'anno, più che mai, la Chiesa desidera essere testimone della Risurrezione :

Ê infatti l'Anno Santo della Redenzione, del Giubileo straordinario.

La Redenzione parte dalla Croce / e si compie nella Risurrezione. / «Agnus redemit oves. / Christus innocens Patri reconciliavit peccatores))•

3. Ecco, l'uomo è stato sottratto alla morte / e restituito alla vita. / Ecco, l'uomo viene sottratto al peccato / e restituito all'Amore. / Voi tutti che, in ogni luogo, vi inoltrate nelle tenebre della morte ascoltate : Cristo è risorto ! / Voi tutti che vivete col peso dei peccati : ascoltate : Cristo ha vinto il peccato nella sua Croce e Risurrezione : Sottomettetevi alla sua potenza !

4. Mondo contemporaneo ! Sottomettiti alla sua potenza !

Quanto più scopri in te le vecchie strutture del peccato, quanto più avverti l'orrore della morte all'orizzonte della tua storia, tanto più sottomettiti alla sua potenza !

5. O Cristo, che sulla tua Croce hai accolto il nostro mondo umano il mondo di ieri, di oggi e di domani : il vecchio mondo del peccato, fa' che esso diventi nuovo nella tua Risurrezione ; fa' che esso diventi nuovo mediante ogni cuore dell'uomo visitato dalla potenza della Redenzione.

6. O Cristo risorto, nelle tue piaghe glorificate accogli tutte le piaghe dolenti dell'uomo contemporaneo : quelle di cui tanto si parla nei mezzi di comunicazione sociale ; ed anche quelle che silenziosamente dolgono nel segreto nascosto dei cuori. Esse siano curate nel mistero della tua Redenzione. Esse siano cicatrizzate e rimarginate mediante l'Amore, che è più forte della morte.

* *Me* **16, 6.**

7. In questo Mistero :

— siamo con voi, che soffrite la miseria e la fame, assistendo, a volte, all'agonia dei figli che invocano il pane ;

— siamo con voi, schiere di milioni di profughi, cacciati dalle vostre case, esuli dalle proprie patrie;

— siamo con voi, vittime tutte del terrore, rinchiuse nelle carceri o in campi di concentramento, consumate da maltrattamenti o da torture ; siamo con voi sequestrati ;

— siamo con voi, che vivete nell'incubo di quotidiane minacce di violenze o di guerra civile ;

— siamo con voi che soffrite per improvvise calamità come in questi giorni la popolazione dell'antica città di Popayan, gravemente sconvolta dal terremoto ;

— siamo con voi, famiglie che pagate la fede in Cristo con discriminazioni o rinunce per gli studi e le carriere dei vostri figli;

— siamo con voi, genitori che trepidate per il travaglio spirituale o per certi smarrimenti dei vostri ragazzi;

— siamo con voi, giovani che siete scoraggiati non trovando il lavoro, la casa e la dignità sociale a cui aspirate;

— siamo con voi, che soffrite a motivo della malattia, dell'età o della solitudine;

— siamo con voi, che smarriti nell'angoscia o nel dubbio, invocate luce alla mente e pace al vostro cuore;

— siamo con voi, che sentendo il peso del peccato, invocate la grazia di Cristo Redentore.

Ma, in questo Mistero della Risurrezione :

— siamo con voi, che in questi giorni avete dato nuovo slancio ai propositi di vita cristiana, gettandovi nelle braccia misericordiose di Cristo ;

— siamo con voi, convertiti e neo-battezzati, che avete scoperto l'invito del Vangelo ;

— siamo con voi, che cercate di superare le barriere della diffidenza^ con gesti di bontà, di riconciliazione in seno alle famiglie e alle società ;

— siamo con voi, uomini del lavoro e della cultura, che volete essere lievito evangelico nell'ambiente in cui operate;

— siamo con voi, anime consacrate a Cristo e specialmente con voi che vi prodigate, soprattutto in terra di missione, per portare ai fratelli la buona novella dell'umanità redenta da Cristo;

— siamo con voi, martiri della fede di Cristo, che in mezzo ad oppressioni spesso nascoste o ignorate, arricchite la Chiesa pregando in silenzio, sopportando con pazienza, invocando perdono e conversione per chi vi perseguita ;

— siamo con voi, uomini di buona volontà di ogni stirpe e di ogni continente, che in qualsiasi modo sentite l'attrattiva di Cristo e del suo insegnamento.

Siamo con tutte le piaghe dolorose dell'umanità contemporanea, e siamo con tutte le aspettative, le speranze, le gioie dei nostri fratelli, alle quali Cristo Risorto dà senso e valore.

8. La Chiesa condivide oggi il Messaggio Pasquale con tutti i Fratelli in Cristo e con tutti gli uomini del mondo.

Siamo con voi, in particolare, là dove l'oppressione delle coscienze non permette di pregare insieme e di celebrare la Pasqua.

Accogliete tutti le parole di questo Messaggio !

Parlino le varie lingue e là dove esse mancano, sia eloquente il linguaggio dello Spirito, che visita direttamente gli animi e parla nel profondo dei cuori.

Summus Pontifex vota sua et omina pronuntiavit lingua Italica, Gallica, Anglica, Germanica, Hispanica, Lusitana, Graeca, Albaniensi, Baco-romana, Hungarica, Gecha, Slovachiensi, Croata, Slovena, Serba, Serba-lusatia, Bulgarica, Bielorussica, Russica, ucraina, Lituana, Lettonica, Nederlandica, Luxemburgensi, Suetica, Finnica, Hiberna, Romanea, Melitensi, Georgiana, Armena, Arabica, Aetiopica, Suailica, Industanensi, Sinensi, Iaponica, Coreana, Vietnamensi, Philippina-Tagalog, Polonica, Latina.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Oblata occasione diei ad sacerdotales et religiosas vocationes fovendas statuti.

Venerati Fratelli nell'episcopato,
Carissimi figli e figlie di tutto il mondo,

((Io ti ho posto come luce per le genti, perché tu porti la salvezza sino all'estremità della terra».[1]

« Le mie pecore ascoltano la mia voce e io le conosco ed esse mi seguono ».[2]

[1] *At* 13, 47.
[2] *Gv* 10, 27.

1. Così leggiamo nelle Letture Liturgiche della quarta domenica di Pasqua, nella quale celebriamo la Giornata Mondiale di preghiera per le vocazioni. Questa è la Parola di Dio, che viene annunciata a noi, affinché solleviamo i nostri animi a pensieri grandi, nella luce della fede pasquale.

La Parola di Dio ci rivela un'mistero, che si è manifestato nella vita dell'umanità. Un evento decisivo infatti si è compiuto : il Signore Gesù, l'Agnello di Dio, ha offerto se stesso per la salvezza del mondo. Da allora una nuova storia ha avuto inizio, e la Chiesa di Gesù, con la forza dello Spirito Santo, è chiamata a portare questo annuncio di salvezza a tutte le genti, fino all'estremità della terra. È una missione impegnativa, affidata alle umili persone degli Apostoli, dei loro successori e collaboratori, presi da ogni popolo, secolo dopo secolo, con la promessa che nessuna potenza terrena potrà mai interromperla.

Il mistero di questa invincibile continuità è illuminato dalla presenza del Signore Gesù che, pur vivendo nella sua gloria immortale, è semper vicino a noi : ((Ecco, io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo».[3] Egli è con noi, ci conosce, ci fa sentire la sua voce, ci chiama, ci guida, e non soltanto per offrire la sua salvezza ad ognuno di noi, ma anche per salvare gli altri per mezzo di noi.

Nelle sue molteplici chiamate si distinguono quelle per una collaborazione più stretta alla sua stessa missione : i Ministeri Ordinati, la Vita Consacrata, la Vita Missionaria ; un privilegio che, in realtà, corrisponde ad una illimitata misura di amore e di sacrificio nella totale dedizione di sé a Dio e alla Chiesa. Come possiamo degnamente ringraziare il Signore per la grande fiducia che egli ha riposto in noi?

2. È sempre stato per me motivo di gioia celebrare la Giornata Mondiale di preghiera per le vocazioni, e desidero unirmi in modo speciale alla celebrazione di quest'anno che è la ventesima. Venti anni infatti sono trascorsi, da quando il caro e venerato Pontefice Paolo VI ebbe l'ispirazione di chiamare tutta la Chiesa con una speciale « Giornata)) a meditare e a pregare per le vocazioni particolarmente consacrate alla causa del Vangelo. Molte cose liete e meno liete sono accadute in questi venti anni.

Vi è stata la felice conclusione del Concilio Vaticano II, che tanto spazio ha dedicato ad approfondire la vocazione e la missione sacerdotale, religiosa e missionaria nella viva luce della Parola di Dio e della Tradizione cristiana. Il Concilio ci ha lasciato in eredità un tesoro di dot-

[3] *Mt 28,* 20.

trina, che ogni credente ha il diritto e il dovere di conoscere con precisione, anche per decidere con più chiarezza le scelte della sua vita.

Durante questi anni alcune Chiese hanno sofferto, non solo a causa di persecuzioni esterne, ma anche a motivo di difficoltà interne, per cui non lievi sofferenze sono venute alla Chiesa proprio da coloro che dovevano offrirle maggiore conforto.

Ma il Signore ci ha riservato anche la consolazione di vedere in molte parti della Chiesa gli inizi di una situazione nuova, perché sempre più numerosi sono coloro che seguono la sua chiamata. Di questo confortante risveglio e di questa rinnovata generosità ringraziamo il Signore, che ha ascoltato le preghiere della sua Chiesa.

3. Questi venti anni costituiscono un periodo fecondo di esperienza spirituale e pastorale in ciò che riguarda le vocazioni ecclesiastiche. Il mio Predecessore Paolo VI e io stesso, in ogni circostanza, e particolarmente in questi Messaggi annuali, abbiamo voluto insistere su alcuni punti capitali, che vorrei qui sintetizzare, anche se sono già ben presenti nel vostro animo :

— Parola di Dio e vocazioni. Le vocazioni sacerdotali e consacrate esistono nella Chiesa e per la Chiesa secondo il disegno di Dio, che Egli, nel suo amore, si è degnato di rivelarci. Esistono, quindi, per una loro missione specifica, che non si confonde con nessun altro, sia pur nobile, ideale umano. Il Signore Gesù doni la grazia di conoscere, di credere, di accogliere, in forza della sua Parola, queste chiamate, che appartengono al mistero del suo amore misericordioso.

— Preghiera e vocazioni. La Chiesa è dono di Dio per la salvezza dell'umanità. Anche le vocazioni a servire totalmente la Chiesa sono quindi speciale dono di Dio. Per questo, solo a Lui lo chiediamo, perché Lui solo può darlo. Lo chiediamo con cuore aperto sul mondo, guardando al bene di tutti gli uomini. Ricordate che il Signore Gesù ci ha invitati a pregare per le vocazioni, proprio perché il suo cuore misericordioso vedeva la sofferenza del mondo : « Gesù vedendo le folle ne sentì compassione, perché erano stanche e sfinite come pecore senza pastore. Allora disse ai suoi discepoli : la messe è molta, ma gli operai sono pochi! Pregate dunque il padrone della messe che mandi operai nella sua messe ! » . [4]

— Testimonianza e vocazioni. Vi è familiare la parola del Concilio :

[4] *Mt* 9, 36-38.

«Il dovere di dare incremento alle vocazioni sacerdotali — e questo vale per ogni vocazione consacrata — spetta a tutta la comunità cristiana, che è tenuta ad assolvere questo compito anzitutto con una vita perfettamente cristiana».[5] Il Signore Gesù aveva parlato della «terra buona che diede frutto, dove il cento, dove il sessanta, dove il trenta».[6] Dove c'è fede, preghiera, carità, apostolato, vita cristiana, là si moltiplicano i doni di Dio. Riflettiamo, Fratelli e Figli, sulla nostra grave responsabilità.

— Chiamata personale e vocazioni. Dio chiama chi vuole con libera iniziativa del suo amore. Ma vuole anche chiamare mediante le nostre persone. Così volle fare il Signore Gesù. Fu Andrea che condusse a Lui il fratello Pietro. Gesù chiamò Filippo, ma fu Filippo a chiamare Natanaele.[7] Non deve esistere nessun timore nel proporre direttamente ad una persona giovane o meno giovane le chiamate del Signore. È un atto di stima e di fiducia. Può essere un momento di luce e di grazia.

4. Vi invito, pertanto, ad unirvi alla mia preghiera:

Signore Gesù, in questo Anno Santo, nel quale riviviamo l'evento e il mistero del tuo Sacrificio Redentore per la salvezza dell'umanità, ascolta la nostra invocazione :

— mediante il tuo Spirito, rinnova la tua Chiesa, affinché possa con crescente fecondità offrire al mondo i frutti della tua Redenzione;

— mediante il tuo Spirito, fortifica nei loro santi propositi coloro che hanno dedicato la loro vita alla tua Chiesa : nel Presbiterato, nel Diaconato, nella Vita Religiosa, negli Istituti Missionari, nelle altre forme di Vita Consacrata; Tu che li hai chiamati al tuo servizio, rendili perfetti cooperatori della tua opera di salvezza;

— mediante il tuo Spirito, moltiplica le chiamate al tuo servizio : tu leggi nei cuori, e sai che molti sono disposti a seguirti e a lavorare per Te; dona a molti giovani e meno giovani la generosità necessaria per accogliere la tua chiamata, la forza per accettare le rinunce che essa esige, la gioia di portare la croce congiunta alla loro scelta, come Tu per primo l'hai portata, nella certezza della Risurrezione.

Ti preghiamo, Signore Gesù insieme alla tua Santissima Madre

[5] *Optatam totius,* 2.
[6] *Mt* 13, 8.
[7] Cf. *Gv 1,* 35 ss.

Maria, che è stata vicina a Te nell'ora del tuo Sacrifìcio Redentore ; ti preghiamo per la sua intercessione, affinché molti fra noi, anche oggi, abbiano il coraggio e l'umiltà, la fedeltà e l'amore di rispondere ((Sì», come Ella ha risposto quando fu chiamata a collaborare con Te nella tua missione di salvezza universale. Così sia.

5 Affido questa nostra preghiera alla misericordia di Dio, perché egli l'accolga e l'esaudisca. La nostra fiducia, a questo proposito, si accresce a motivo dell'Anno Santo, che celebriamo come memoriale della Redenzione compiuta dal Signore Gesù. Da lui invoco l'abbondanza della grazia, mentre sono lieto di impartire la propiziatrice Benedizione Apostolica a tutti voi, venerati Fratelli nell'Episcopato, ai Presbiteri, ai Religiosi, alle Religiose e all'intero Popolo di Dio, con particolare riferimento a quanti stanno vivendo la propria formazione nei Seminari e negli Istituti religiosi.

Dal Vaticano, il 2 Febbraio 1983, festa della Presentazione del Signore al Tempio di Gerusalemme, nell'anno V del mio Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSILIUM PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS

Epistula Em.mo P. D. Francisco S. R. E. Cardinali Tomááek, Archiepiscopo Pragensi, missa.

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

E diversis partibus profecto ad Petri Sedem aliati sunt nuntii de rerum adiunctis in quibus clerus Cecoslovachiensis versatur circa quaestionem quo modo se gerat in pace fovenda, post nempe Declarationem illam *Quidam Episcopi,* a Sacra Congregatione pro Clericis die VIII mensis Martii superiore anno publici iuris factam.

Ut autem Eminentiae Tuae Reverendissimae est notum, quaestio de pace semper fuit et est in attenta tum Ecclesiae, tum Summi Pontificis, tum Sanctae Sedis consideratione, idque semper magna cum illorum cura atque sollicitudine.

Quam ad gravissimam quaestionem quod attinet, hoc mihi nomine

atque mandato Summi Pontificis muneris iniunctum est, ut, Tecum ceterisque Episcopis Ordinariisque locorum istius Nationis, repetam sive magisterii Ecclesiae principia, ex Evangelii fonte deprompta, sive varia successorum beati Petri coepta, quae sane illorum studia fovendae pacis testificarentur, nempe ad Evangelicae Beatitudinis sententiam : « Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur» *(Mt* 5, 9).

1. Iamvero christianae religionis doctrina de pace, in Evangelio nititur, quod Ecclesia a Christo suscepit. Qui, cum Redemptor sit humani generis, per sacrificium Crucis iam Deum hominibus conciliat. Hic igitur Evangelii nuntius rem spiritualem potissimum respicit, in christianorumque vita tum lucet, cum hi Christi mandatum persequuntur, quod est: «Diligite alterutrum» *(Io* 13, 34-35; 15-17), scilicet praestolantes diem, qua secundum vaticinium Isaiae Prophetae : « Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces; non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad proelium» *(Is* 2, 4).

Singillatim vero haec habe :

a) De pace pluries Ecclesiae magisterium tractavit. Atque alta Pii Papae XII vox, tum ante alterum omnium gentium bellum, tum etiam eo flagrante et confecto; et Encyclicae Litterae Ioannis Papae XXIII *Pacem in Terris* (anno 1963) ; et Concilii Oecumenici Vaticani II doctrina, per Constitutionem *Gaudium et Spes* exposita (anno 1965) ; et gravia verba Pauli Papae VI ad Unitarum Nationum Generalem Coetum (anno 1964) documenta sunt eius operae, quam egregiam et adsiduam dedere Pontifices ad pacem nostris temporibus confirmandam.

Maiorum vero vestigia plene ac quasi novo robore sumpto secutus est Ioannes Paulus Papa II Ecclesiam naviter regens. Qui ab usque primis Encyclicis Litteris *Redemptor Hominis* (anno 1979), omnibus sane pericula meditanda proposuit, quae funestissima humano generi inminerent, nisi consilia abiceret hominum societatem destruendi ac penitus per arma delendi. Monitus autem hic instauratus est in oratione quam idem Pontifex coram Coetu Generali Unitarum Nationum die n mensis Octobris, anno 1979, habuit. Ceterum, ingens Pontificis sollicitudo haud semel erupit variis in adiunctis et opportunitatibus, quarum ceu praecipuae commemorandae veniunt illae, quibus apud Sedem Consociationis UNESCO cognominatae, die **II** mensis Iunii, anno 1980, item cum coram admisisset Universitatis Studiorum Nationum Unitarum sodales die xxv mensis Februarii, anno 1981, est Ei data

facultas sermonis habendi. Atque in utraque oratione id a Pontifice in luce collocatur quam maxime : quam grave sit officium et munus physicae disciplinae peritorum fovendae pacis.

Neque viva praetereunda est ad universum hominum genus appellatio Hiroshimae facta (anno 1981, die xxv mensis Februarii) aut Nuntius Secundae Sessioni Nationum Unitarum missus de armis deponendis (die xi mensis Iunii, anno 1982), quo pax perhibetur possibilis, atque idcirco omni ope quaerenda. Ceterum adsidua Ioannis Pauli Papae II cura de pace non solum in pastoralibus Eius itineribus ultro prodit, sed etiam Romae, in sua Sede, quotiens Rerum Publicarum Praesides aut Oratores apud Sanctam Sedem addictos convenit.

o) Ut autem supra adumbravi, doctrinam de pace apertiorem fecerunt varia coepta, quae certe studia Ecclesiae pro pace magis in conspectum ponunt. Quorum sane inceptorum ut exempla nonnulla proponantur, haec digna visa sunt peculiari commemoratione, profecto post habitum Concilium Oecumenicum Vaticanum II : Institutio Pontificiae Commissionis, ut dicunt, *Iustitia et Pax,* in hoc natae ut ea omnia perpenderet quae hominum pacem, progressionem, iura respicerent atque socialem Ecclesiae doctrinam, quae sit, propagaret, atque ita christianorum industriam inter homines excitaret, augeret, ad actionem episcopalium Conferentiarum de pace fovenda sua opera adiuvandam.

Praeter hanc vero pacis quaerendae creatam compaginem, Paulus Papa VI statuit ut primo quoque uniuscuiusque anni die, « Dies pacis » ageretur, eo sane consilio, ut Dei populus per preces, meditationem, actionem ad pacem educaretur, quatannis novo eiusdem rei peculiari proposito aspectu, quem Pontificis Summi nuntius illustraret.

Talis dies, primum Calendis Ianuariis anno 1968 celebrata, sane perutilis visa est ad propositum obtinendum quod Ecclesia summa patientia ac perseverantia certat assequi, id omnino persuasum habens ibi solummodo iustas iniri posse vias ad pacis condiciones inter homines instaurandas, ubi fuerit civium conscientia recte formata.

Ceterum Sancta Sedes non modo ad hanc formationem respexit, sed etiam iis Coetibus Nationum adesse studuit, ubi res magni momenti aguntur circa pacem. Haec vero causa est, cur Sancta Sedes iam inde ab illius exordio Consociationis, ceu membrum, adhaeserit, cui nomen vulgo *International Atomic Energy Agency;* item cur pacto convento consenserit de non dilatandis armis atomicis (die xxv mensis Februarii anno 1971), quod, tametsi menda continet, tamen est tamquam haud

exiguus gradus habendum ad omnimodam huiusmodi annorum abolitionem.

Similiter Sancta Sedes ut paci suam operam daret, non quidem technice aut politice, sed ethice iuxta principia altius perspecta quibus niti debent necessitudines nationum atque populorum inter se, Colloquiis interfuit (Conferentiam dicunt), quibus securitas atque mutuum auxilium Europaeorum gerebantur, et Actis ultimis Helsinkiensibus subscripsit (anno 1975) atque Conventus rite adit, qui ad huius documenti tenorem aguntur. Cuius rei gratia, Ioannes Paulus Papa II, die **I** mensis Septembris anno 1980, Litteras Ipse mittendas curavit Rerum Publicarum Rectoribus, qui Acta illa sua subscriptione munierant, quibus cogitate de dignitate atque natura libertatis conscientiae simulque religionis tractat, hoc singulari ratione explicans, quam arta necessitudine obsequium huius libertatis cum pace cohaereat.

Eadem prorsus beatissimus Pater tum persequi intendit, cum mense Decembri, anno 1981, Legatos Pontificiae Scientiarum Academiae ad principes moderatores tum Rerum Publicarum Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis, tum Rerum Publicarum Socialisticarum Sovieticarum, tum Galliae, tum Magnae Britanniae nec non ad coetus generalis Praesidem Unitarum Nationum misit, qui scriptum scientia grave, ab eadem Academia conflatum, illustrarent de funestissimis atomicorum armorum consectariis.

Ad hoc, Academia illa Scientiarum recens Conventum promovit, cui totius orbis terrarum Academiarum Scientiarum Praesides interessent cum iisque alii doctissimi Viri variarum Nationum (Romae, diebus xxiii-xxiv mensis Septembris anno 1982), in quo est ab omnibus probata Declaratio circa modum atomici belli praeveniendi.

Post haec coepta, meminisse etiam iuvabit interfuisse observatores Sanctae Sedis pluribus Coetibus e diversarum Religionum asseclis ad pacem fovendam celebratis, ut sunt : *Conventus Conferentiae Universalis Religionum pro pace* (Kyoti, anno 1970; Lovanii, anno 1974; Principitoniae, anno 1979) ; atque *Conventus omnium populorum,* ad disceptandum de sententia : « Quid religiosi homines agant ut sacrum vitae donum ab atomica calamitate prohibeant» (Moscuae, anno 1982).

2. Nimirum Ecclesia munus hoc suum procurandae salutis pacisque efficiendae inter populos eo modo tuetur, qui cum propriae naturae, tum etiam hierarchicae suae constitutioni congruit. Quare, super Petri rupe Apostolorumque fundamento a suo divino Conditore statuta,

regitur scilicet a Petri Successore, ab Episcopisque in communione cum illo, ut Concilium Oecumenicum Vaticanum II per haec verba docet : <(Sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur» *(LG, 22).*

Verumenimvero Ordo Episcoporum una cum suo Capite Romano Pontifice coniunctus, in locum Apostolorum magisterio atque pastorali regimine succedit ; atque una cum Romano Pontifice potestatem plenam ac supremam in universam Ecclesiam exercet (cfr. **io.).**

Praeterea, sic volente divino Ecclesiae Conditore, singuli Episcopi qui particularibus Ecclesiis praeficiuntur propriam plenamque potestatem super portionem populi Dei sibi commissam exercent. Atque sicut Romanus Pontifex est visibile unitatis Ecclesiae universalis principium et fundamentum, ita singuli Episcopi idem sunt in suis Ecclesiis particularibus.

Hanc ob causam Episcopi, ita a Christo constituti atque Spiritus Sancti virtute suffulti, in hierarchica communione cum Christi Vicario manentes, docent, sanctificant, ac regunt suas particulares Ecclesias.

In vicem autem singuli Episcopi subordinato gradu munus ministerii sui Presbyteris tradunt, qui tamquam cooperatores cum Episcopo unum presbyterium constituunt. His sacramentum ordinis unctionem Spiritus Sancti confert (cfr. *PO, 2),* eosque consecrat in Christi similitudinem, summi atque aeterni sacerdotis, ad Evangelium praedicandum, cultum divinum celebrandum hominesque reconciliandos cum Deo (cfr. *LG,* 28).

Communis ergo sacrae ordinationis atque missionis causa, sanctus amoris, oboedientiae ac mutuae venerationis nexus presbyteros Episcopo obligat; quin, et presbyteros inter se mutua fraternitate coniungit, quae in auxilio, vitae communione atque caritate lucet (cfr. *Ib.).*

Talem autem vitae communionem Oecumenicum Concilium Vaticanum II ((intimam fraternitatem sacramentalem » (in *PO,* 8) definire non dubitat, ubi etiam dicitur : « Presbyteri omnes, una cum Episcopis, unum idemque sacerdotium et ministerium Christi ita participant, ut ipsa unitas consecrationis missionisque requirat hierarchicam eorum communionem cum Ordine Episcoporum» *(PO,* 7).

Quae totius compaginis presbyteralis communio tam necessaria est ad missionem salutis Ecclesiae, ut Christus in ultima Coena fusa prece ad illam revocaverit (cfr. *Io,* 17, 11 sq.).

Verumenimvero Ecclesia, fidissima Conditoris sui voluntatum custos, singulari quidem sollicitudine curat ut Episcopi, sacerdotes, diaconi ardenti animo ad ea respondeant, quae sacra illorum vocatio poscit; illucque etiam respicit recens Declaratio *Quidam Episcopi* quam Sacra Congregatio pro Clericis foras dedit, eo fine, ut sacri Ministri ad structuram Ecclesiae hierarchicam se omnino accommodarent.

3. Quod autem ad eam attinet ipsam, Sancta Sedes, praeterquam quod pacis necessitatem sollemniter affirmat inque memoriam revocat, aperte profitetur se esse semper paratam, in votisque habere, ut cum civilibus potestatibus, quae velint, communia possit tractare negotia quae pertineant sive ad sociam navandam operam pro pace sive ad ea omnia fovenda quae eandem cooperationem possibilem efficiant vel eam possint adiuvare.

Ecclesia itaque, utpote societas omnibus adspectabilis, petit imprimis ut ubivis terrarum ius vivendi et agendi habeat, id annisa ut necessitudines amicitae cum diversis communitatibus politicis instituat, cauta utriusque partis in proprio campo agendi libertate. Neque ulla Ecclesia privilegia poscit; sed solum facultatem legitimam finem suum libere persequendi quolibet in regimine, ut munus procurandae hominum salutis cum vera libertate tueri possit *(cfr.GS,* 76).

Insuper pax vera inter populos postulat ut hominum iura eorumque libertates serventur, atque in his est summo loco libertas conscientiae atque religionis ponenda, quam Sancta Sedes iugiter fovet etiam per pacta conventa e quibus liberum fidei cultusque civium catholicorum exercitium publice ac privatim in tuto collocetur.

Ad Cecoslovachiam quod attinet, haud ignotum est Eminentiae Tuae Sanctam Sedem studia sua erga eam usquequaque demonstrasse. Nam et agnovit eam anno 1919 tamquam primam Rerum Publicarum e dissoluta Monarchia Austriaca-Hungarica natarum ; et publicas deinde necessitudines coniunxit atque cum illa, anno 1928, cum adhuc paene adolesceret, foedus per quendam « modum vivendi » iecit.

Post autem alterum atque universale bellum compositum, simul ac res permisit, ipsa procuratorem suum Pragam misit, qui aliquot annos, id est eousque licuit, ibidem commoratus est. Cum praeterea est Concilium Oecumenicum Vaticanum II convocatum, Sancta Sedes suum esse censuit Rei Publicae Cecoslovachiae Potestatibus aperire se esse omnino paratam ad mutua habenda colloquia, nempe aperta

atque fructuosa. Ac re quidem vera haec colloquia cum Cecoslovachiae Auctoritatibus mense Maio, anno 1963 inita, nonnullas quaestiones dissolverunt cum communi utilitate. Aliae tamen, eaedemque maximi momenti supersunt enodandae quaestiones quae beatissimo Patri summe cordi sunt. Testis est sermo, quem die xxn mensis Martii, superiore anno, ad vos habuit Episcopos Cecoslovachiae, occasione visitationis «ad limina)). In quo nimirum esse suae voluntatis palam fecit ut omnibus dioecesibus provideretur; ut iuvenes atque christianae familiae digne in sua fide instituerentur; ut sacerdotales vocationes libere possent florere atque maturescere quo efficacius cleri suppleretur penuriae.

Ceterum, iam die xxxi mensis Decembris anno 1981, beatissimus Pater de exiguo sacerdotum numero sollicitus itemque de statu Seminariorum, ad vos Episcopos provocavit atque Rei Publicae vestrae Praesidi de re rettulit, datis Litteris die xiv mensis Ianuarii, anno 1982, fore confidens, ut gravissima quaestio ad felicem exitum quam primum adduceretur.

Quod autem ad Sanctam Sedem pertinet, iterum iterumque illa ab Auctoritatibus Cecoslovachiae petit ut Colloquiis instauratis, et aliae incertae quaestiones solvantur eo nempe consilio, ut Ecclesia vitam vivat sibi consentaneam et solidam, id est ut Episcopi sacrae suae potestatis liberum valeant exsequi munus simulque in Episcopali Conferentia communia consulta inire; ut Ordines Congregationesque Religiosae vivendi facultatem habeant; ut laici libera possint participatione frui in iis omnibus quae eos respiciant uti membra Ecclesiae praesertimque in sacramentali vita inque cultu divino peragendo. His enim positis, Ecclesia aptiore modo ad pacis quoque causam fovendam suas partes potest conferre.

Dum haec significo, nempe beatissimi Patris iussu, id etiam apertum facio : exoptare Eum ut Episcopi et Ordinarii, quibus scilicet principia de constitutione hierarchica Ecclesiae sunt apprime nota, quibusque et adhaerent, una Tecum velint fraterna communione in cotidiano usu ea fideliter propagare inter sacerdotes omnium vestrarum dioecesium. Quibus omnibus benedicit una cum commissis gregibus.

Data vero hac facultate ego libenter utor ut sensus venerationis meae Tibi patefaciam

E Civitate Vaticana, die 14 m. Februarii a. 1983.

Eminentiae Tuae Reverendissimae addictissimus

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

SANCTI PAULI DE URBE - NEPESINAE ET SUTRINAE

De mutatione finium.

De animarum profectu apprime sollicita, Apostolica Sedes, quaecumque pastorale ministerium rectius componendum poscit, iisdem favere satagit.

Cum vero aetatis nostrae necessitatibus congruat atque normis Motu Proprio « Catholica Ecclesia », de abbatiarum nullius regimini perfectius promovendo, die 23 octobris anno 1976 datis, plane consentaneum sit, opportunum visum est territorium Abbatiae nullius Sancti Pauli de Urbe, quod cum eiusdem sede contiguum non est ac sub iurisdictione Episcopi pro tempore Nepesini et Sutrini uti Administratoris Apostolici iam diu extat, aptius disponere.

Quapropter Sacra Congregatio pro Episcopis, prae oculis habito decreto «Vetustissimae Abbatiae» de Abbatiae Sancti Pauli de Urbe aptiore pastorali ordinatione, die 11 Iulii 1931 edito, auditis locorum Ordinariis quorum interest atque suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II tributarum, praesenti decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur decernit :

— territorium paroeciarum vulgo San Michele Arcangelo in Capena, San Giacomo Maggiore Apostolo in Civitella San Paolo, Santa Maria della Consolazione o del Soccorso in Nazzano nuncupatarum ab Abbatia nullius Sancti Pauli de Urbe separat idque dioecesi Nepesinae adnectit ;

— una cum territorio praefatarum paroeciarum adnectit ecclesias, oratoria, ecclesias coemeteriales, pias fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona, prouti infra singillatim declaratur.

Siquidem tribuit :

— paroeciae S. Michaelis Archangeli : ecclesiam paroecialem cum domo parochi, ecclesiam S. Mariae Gratiarum, ecclesiam coemeterialem S. Leonis Magni, ecclesiam S. Antonii, oratorium S. Marci Evangelistae, necnon Confraternitatum bona et pias fundationes forte ibidem exstantia ;

— paroeciae S. Iacobi Maioris Apostoli : ecclesiam paroecialem cum domo parochi, et parva agri parte, ecclesiam coemeterialem S. Laurentii, aedificii partem vulgo pianoterra (sala cinematografica) del Castello di Civitella San Paolo, necnon Confraternitatum bona et pias fundationes forte ibidem exstantia;

— paroeciae S. Mariae a Consolatione seu ab Auxilio : ecclesiam paroecialem, ecclesiam S. Antimi, ecclesiam haud plene ibidem exstructam et nondum dicatam, aedificium in via vulgo Corso Vittorio Emanuele situm, necnon Confraternitatum bona et pias fundationes forte ibidem exstantia.

Documenta et acta, singulas de quibus agitur paroecias respicientia, a Curia Abbatiae Sancti Pauli de Urbe ad Curiam Nepesinam transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet, simul ac praesens decretum ad effectum ductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium vel officium legitime detinent; ceteri autem clerici dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda sacra Congregatio pro Episcopis deputat R. P. D. Iosephum Nardin, O. S. **B.,** Abbatem Ordinarium Abbatiae Sancti Pauli de Urbe, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Martii anno 1983.

© **SEBASTIANUS** Card. **B AGGIO**, *Praefectus*

L, © **S.**

& Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

II

MONTIS ALTI ET RIPANAE

De unione aeque principali dioecesium deque sedis episcopalis Ripanae translatione eiusque nominis mutatione.

Quo aptius animarum bono consuli possit simulque pastoralis agendi ratio ad necessitates horum temporum magis etiam accommodetur, opportunum visum est, quippe quod Concilii Oecumenici Vaticani II votis obsecundet, regimen dioecesium Montis Alti et Ripanae, hactenus iri persona Episcopi coniunctarum, rectius ordinare.

Idcirco Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, auditis locorum Ordinariis Conferentiae Episcopalis regionis Picenae quorum interest, de consilio Em.mi Cardinalis sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti atque suppleto quatenus opus sit interesse habentium vel habere praesumentium consensu cathedrales Ecclesias Montis Alti et Ripanae aeque principaliter inter se unit, ita ut unus idemque Antistes utrique Ecclesiae praesit et Episcopus Montis Alti et Ripanus simul censeatur ac sit.

Qua da re, Episcopus beneficia unius dioecesis presbyteris alterius promiscue conferre poterit.

Praeterea, cum in dioecesis Ripanae territorio urbs exstet « S. Benedicti ad Truentum », nuncupata, quae fidelium numero, religionis operibus et incolarum industria adeo ampla incrementa coepit ut magnum in Ecclesiis Montis Alti et Ripana momentum habeat, idem Summus Pontifex sedem episcopalem dioecesis Ripanae in urbe supra commemorata constituit eamque ad civitatis episcopalis honorem evehit. Idcirco Episcopus pro tempore dioecesium Montis Alti et Ripanae in urbe S. Benedicti ad Truentum, cum primum fas erit, domicilium collocabit. Dioeceses vero Montis Alti et Ripana, eorumque Episcopus pro tempore exsistens, in posterum Montis Alti et Ripana-S. Benedicti ad Truentum vocabuntur.

Ad haec exsecutioni mandanda, Summus Pontifex deputat Exc.mum P. D. Vincentium Radicioni, hactenus Episcopum Montis Alti et Ripanum, nunc vero Administratorem Apostolicum illarum dioecesium vacantium, cui necessarias et opportunas facultates tribuit etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, imposito ei onere ad sacram Congregationem

pro Episcopis quam primum authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus hoc edi iussit decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus sacrae Congregationis pro Episcopis, die 7 mensis Aprilis anno 1983.

& SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 7 Aprilis 1983. — Cathedralibus Ecclesiis Montis Alti et Ripana-S. Benedicti ad Truentum, nuper aeque principaliter unitis, R. D. Iosephum Chiaretti, Vicarium Generalem archidioecesis Spoletanae.

die 25 Aprilis. — Abbatiae nullius Archicoenobii Montis Casini, R. P. Bernardum D'Onorio, O. S. B., eiusdem Abbatiae sodalem.

die 30 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Hiltensi R. D. Raphaelem Eleuterium Rey, Vicarium Generalem archidioecesis Mendozensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Candidi Ianuarii Rubiolo, Archiepiscopi Mendozensis.

die 3 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae S. Iacobi in Chile Exc.mum P. D. Ioannem Franciscum Fresno Larraín, hactenus archiepiscopum Serenensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Ss. Conceptionis Exc.mum P. D. Iosephum Emmanuelem Santos Ascarza, hactenus Episcopum Valdiviensem.

— Cathedrali Ecclesiae Vallis Paradisi Exc.mum P. D. Franciscum de Borja Valenzuela Rios, hactenus Archiepiscopum-Episcopum S. Philippi.

SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS ET CULTU DIVINO

URBIS ET ORBIS

DECRETUM

quo memoria liturgica Sancti Maximiliani Mariae Kolbe ad universam Ecclesiam extenditur.

Memorias Martyrum aliorumque Sanctorum, qui per multiformem Dei gratiam ad perfectionem sunt provecti, atque aeternam iam adepti salutem, circulo anni celebrandas inseruit Ecclesia. In Sanctorum enim nataliciis praedicat ipsa Ecclesia paschale mysterium in Sanctis cum Christo compassis et conglorificatis, et fidelibus exempla eorum proponit, omnes per Christum ad Patrem trahentia, eorumque meritis Dei beneficia impetrat (Cf. Const. «Sacrosanctum Concilium)), n. 104).

Calendarium Romanum generale illas autem memorias Sanctorum inscriptas retinet, quarum celebratio momentum universale in Ecclesia prae se fert *(ibid.,* n. 111).

Iamvero inter Sanctos, qui fidelibus cunctis ubique terrarum opportunum praebent exemplum imitandum, praesertim nostris temporibus, Sanctus Maximilianus Maria Kolbe, presbyter et martyr, est annumeranda, quippe qui Christi amore succensus eiusque vestigia fideliter secutus, vitam posuerit pro fratribus suis, signum constituens verum Dei bonitatis erga Ecclesiam et homines nostrae aetatis.

Etenim in Sancto martyre Maximiliano Maria homines huius temporis mirabile deprehendunt testimonium dignitati hominis in Christo datum atque caritati illi, qua omnia prorsus vincuntur, et mors salutiferam gignit virtutem.

Cum vero nonnullae pervenissent Conferentiarum Episcopalium petitiones, ut memoria liturgica Sancti Maximiliani Mariae Kolbe ad universam extenderetur Ecclesiam, Summus Pontifex Ioannes Paulus II Sacrae huic Congregationi mandavit ut easdem petitiones ad effectum deduceret.

Sacra porro Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, praedicto obsequens mandato, celebrationem Sancti Maximiliani Mariae Kolbe, presbyteri et martyris, in Calendarium Romanum generale inseri

decernit, quotannis die 14 augusti eius natalicio, gradu *memoriae obligatoriae* peragendam.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, die 25 martii 1983, in sollemnitate Annuntiationis Domini, Anno Iubilaeo humani generis Redemptionis ineunte.

IOSEPHUS Card. **CASORIA**, *Praefectus*

83 Vergilius Noè, Archiep. tit. Voncariensis, *a Secretis*

Die 14 augusti

SANCTI MAXIMILIANI MARIAE KOLBE
presbyteri et martyris

Memoria

MISSA

Ant. ad introitum Mt 25, 34. 40

Venite, benedicti Patris mei, dicit Dominus.
Amen dico vobis : Quamdiu fecistis uni
de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Collecta

Deus, qui sanctum Maximilianum Mariam,
presbyterum et martyrem,
amore Virginis Immaculatae succensum,
animarum zelo et proximi dilectione replevisti,
concede propitius, ut, eo intercedente,
pro tua gloria in servitio hominum strenue laborantes,
usque ad mortem Filio tuo conformari valeamus.
Per Dominum.

Super oblata

Munera nostra tibi, Domine, exhibemus,
suppliciter exorantes,
ut sancti Maximiliani Mariae exemplo,
vitam nostram tibi discamus offerre. Per Christum.

Ant. ad Communionem Io 15, 13

Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis, dicit Dominus.

Post Communionem

Quaesumus, Domine,
ut refecti Corpore et Sanguine tuo,
eo caritatis igni accendamur,
quem ex hoc convivio sanctus Maximilianus Maria accepit.
Qui vivis.

LECTIONES BIBLICAE

Lectio I

Sap 3, 1-9. «Quasi holocausti hostiam accepit illos».
Iustorum animae in manu Dei sunt...

vel

1 Io 3, 14-18. ((Et nos debemus pro fratribus animas ponere ».
Carissimi : Nos scimus quoniam transivimus ...

Psalmus responsorius

Ps 115, 10-11. 12-13. 16-17.

B). (15) Pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius.

Alleluia et versus ante Evangelium Io 12,25

Alleluia.
j/. Qui odit animam suam in hoc mundo,
in vitam aeternam custodiet eam.
Alleluia.

Evangelium

Io 15, 12-16. « Maiorem hac dilectionem nemo habet ».
In illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis : Hoc est praeceptum meum...

LITURGIA HORARUM

Maximilianus Maria Kolbe die 7 ianuarii anno 1894 in Polonia natus, Ordinem Fratrum Minorum Conventualium adolescens ingressus est, et an. 1918 sacerdos in Urbe ordinatus. Filiali flagrans in Deiparam

Virginem pietate, pium sodalicium, cui nomen «Militia Mariae Immaculatae», excitavit, quod tum in patria tum in aliis regionibus late propagavit. Missionarius in Iaponiam adveniens, christianam fidem sub eiusdem Virginis Immaculatae auspiciis ac patrociniis dilatare studuit. Tandem in Poloniam reversus, plurimasque in campo de Oswiecim Cracoviensis districtus perpessus aerumnas, immani saeviente populorum conflictu, actuosam vitam in holocaustum caritatis die 14 augusti 1941 consummavit.

De Communi pastorum: pro missionariis, vel de Communi martyrum, praeter sequentia:

AD OFFICIUM LECTIONIS

Lectio altera

Ex Epistolis sancti Maximiliani Mariae Kolbe, presbyteri et martyris (Scritti di Massimiliano M. Kolbe, traduzione italiana a cura di C. Zambelli, O.F.M. Conv., vol. I, Firenze 1975, pp. 44-46. 113-114).

Apostolicus impendendus zelus in procuranda animarum salute et sanctificatione.

Magno afficior gaudio, dilecte frater, ob flagrantem zelum qui ad promovendam Dei gloriam te adurget. Nostris enim temporibus, non sine moerore, videmus epidemicum quemdam morbum, quem *indifferentismum* vocant, non tantum inter saeculares sed et inter religiosos sodales, variis quidem formis propagari. At vero, cum Deus sit dignus infinita gloria, id primum ac potissimum nobis est maximam, pro tenuitati^ nostrae facultate, eidem gloriam referre, etsi tantam quam a nobis ipse meretur, exiles cum simus creaturae, numquam tribuere valeamus.

Cum autem Dei gloria in animarum salute, quas Christus proprio sanguine redemit, vel maxime resplendeat, altius ac praecipuum apostolicae vitae studium illud esto, quam plurimarum animarum salutem immo et altiorem sanctificationem procurare. Quae vero in hunc finem aptior praesto sit via, scilicet ad divinam comparandam gloriam necnon plurimarum animarum sanctificationem, paucis dicam. Deus, qui infinita scientia ac sapientia est, ideoque quid a nobis continuo praestandum sit ut eius adaugeatur gloria optime novit, voluntatem suam nobis per suos in terris vices gerentes, ut plurimus, aperit.

Est itaque oboedientia, eaque sola, quae nobis divinam voluntatem certo manifestat. Poterit quidem superior in errorem incurrere, fieri autem non poterit ut nos, oboedientiam sectantes, in errorem inducamur. Tunc tantum oboediendi daretur exceptio, si superior quidpiam

praeciperet quod divinae legis violationem, vel in minimo, manifesto involveret : quo in casu fidelis ipse Dei voluntatis interpres non esset.

Deus isque solus munitus, sapientissimus, sanctissimus est Dominus, Creator et Pater noster, principium et finis, sapientia et potentia et amor, omnia ipse Deus. Quidquid vero extra Deum invenitur, eatenus valet quatenus ad ipsum refertur, qui est rerum omnium Conditor hominumque Redemptor, ultimus totius creationis finis. Ipse itaque est, qui adorabilem suam voluntatem per suos in terris vices gerentes nobis recludit et nos ad se trahit, alias quoque animas per nos ad se trahere ac perfectiore sibi caritate coniungere cogitans.

Vide, frater, quanta sit, per Dei misericordiam, condicionis nostrae dignitas. Per oboedientiam, exiguitatis nostrae terminos veluti transcendimos, divinaeque voluntati conformamur, quae infinita sua sapientia ac prudentia ad recte agendum nos dirigit. Immo, eidem divinae inhaerentes voluntati, cui nulla res creata resistere potest, cunctis fortiores efficimur.

Haec est sapientiae ac prudentiae semita, haec unica via est, qua Deo summam gloriam referre valeamus. Si alia et aptior via esset, eam Christus verbo exemploque suo nobis profecto significavisset. Sed diuturnam eius in Nazareth vitae consuetudinem divina Scriptura iis perstrinxit verbis : *Et erat subditus illis,* reliquumque vitae cursum sub oboedientiae veluti signo nobis adumbravit, passim ostendens eum in terras descendisse ut faceret voluntatem Patris.

Diligamus itaque, fratres, summopere diligamus caelestem amantissimum Patrem, sitque huius perfectae caritatis argumentum oboedientia nostra, tunc vel maxime exercenda cum propriae voluntatis sacrificium a nobis postulatur. Nec enim sublimiorem librum novimus, quam Iesum Christum crucifixum, ut in amore Dei progrediamur.

Quae omnia expeditius per Virginem Immaculatam obtinebimus, cui Deus benignissimus suae dispensationem misericordiae commisit. Nullum equidem dubium, quin Mariae voluntas ipsissima Dei voluntas nobis sit. Cumque nosmetipsos eidem dedicamus, instrumenta in eius manibus, quemadmodum et ipsa in Dei manibus, divinae misericordiae efficimur. Sinamus itaque nos ab ea dirigi, sinamus ab ea manu duci, simusque sub eius ductu quieti ac securi : cuncta enim nobis ipsa prospiciet, cuncta providebit, corporis animique necessitatibus prompta succurret, difficultates et angustias ipsa removebit.

Responsorium Eph 5, 1-2 ; 6, 6

R]. Estote imitatores Dei, sicut filii carissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit seipsum pro nobis. * Oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

f. Ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo. * Oblationem.

AD LAUDES MATUTINAS

Ad Benedictus, ant. Magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum.

Oratio

Deus, qui sanctum Maximilianum Mariam, presbyterum et martyrem, amore Virginis Immaculatae succensum, animarum zelo et proximi dilectione replevisti, concede propitius, ut, eo intercedente, pro tua gloria in servitio hominum strenue laborantes, usque ad mortem Filio tuo conformari valeamus. Per Dominum.

AD VESPERAS

Ad Magnificat, ant. In hoc novimus caritatem, quoniam Dominus pro nobis animam suam posuit; et nos debemus pro fratribus animas ponere.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus Divina Providentia Pp. II, latis decretis a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum praefecit :

die 19 Novembris 1982. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Michaelis Aruttukulam, Episcopi Alleppeyensis, constituit R. D. Petrum Chenaparampil, e clero Alleppeyensi eiusdemque dioecesis Vicarium Generalem.

die 17 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Avittensi R. P. Victorium de la Peña Pérez, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, quem constituit Auxiliarem Exc.mi P. D. Odorici L. Saiz Pérez, Requenaënsis Vicarii Apostolici.

die 18 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Albensi maritimae R. D. Franciscum Monterisi, presbyterum dioecesis Vigiliensis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, hucusque Consiliarium apud Consilium pro publicis Ecclesiae negotiis, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum in Coreana Re publica Pro-Nuntium nominavit.

die 27 Ianuarii 1983. — Titulari episcopali Ecclesiae Assuritanae R. D. Reginaldum Iosephum Orsmond, dioecesis Iohannesburgensis Vicarium Generalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi Iohannesburgensis Episcopi.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Ioannis Patricii Eavanagh, Episcopi Dunedinensis, constituit R. D. Leonardum Antonium Boyle, Consultorem dioecesanum ac parochum oppidi vulgo <(Invercargill » nuncupati.

die 12 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mevaniensi R. D. Fortunatum Baldelli, presbyterum Assisiensis dioecesis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae apudque Consilium Europae permanentem Sanctae Sedis Observatorem, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum in Angolia atque in Insulis S. Thomae et Principis Delegatum praeposuit.

die 19 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Semarangensi R. P. Iulium Riyadi Darmaatmadja, Societatis Iesu in Indonesia Superiorem Provincialem.

— Metropolitanae Ecclesiae Iubaënsi Exc.mum P. D. Paulinum Lukudu, hactenus Episcopum Elobeidensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vissalsensi R. P. Adrianum Thomam Smith, Societatis Mariae, in oppido vulgo ((Buma » appellato curionem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Danielis Stuyvenberg, Honiarani Archiepiscopi.

die 17 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Padangensi R. P. Martinum Dogma Situmorang, sodalem Fratrum Minorum Capuccinorum Ordinis eiusdemque Seminarii Theologici de Pematang Siantar rectorem necnon et magistrum.

— Cathedrali Ecclesiae Kandiensi R. D. Vianney Fernando eiusdem dioecesis Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Trincomaliensi-Batticaloaënsi R. D. Iosephum Kingsley Swampillai, Iaffnensis dioecesis sacerdotem Curiaeque episcopalis Cancellarium atque in Taprobane nationalem Pontificalium Operum Missionalium directorem.

— Cathedrali Ecclesiae, noviter erectae in Cammaruniensi Dicione, Bertuanae Exc.mum P. D. Lambertum van Heygen, hactenus Episcopum Dumensem.

— Cathedrali Ecclesiae Dumensi-Abongensi-Mbangensi, olim Dumensi simpliciter appellatae, R. P. Petrum Tchouanga, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu sodalem, Nkongsambensis dioecesis Cathedralis curionem.

— Cathedrali Ecclesiae, noviter erectae in Kenia, Murangaënsi R. D. Petrum Kairo, e clero Nakurensis dioeceseos eiusdemque Vicarium Generalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Albulensi R. P. Vincentium Manuel, sodalem Verbi Divini Societatis eiusdemque Consultorem, quem constituit Vicarium Apostolicum noviter erecti Sancti Ioseph in Mindoro Vicariatus Apostolici.

— Titulari episcopali Ecclesiae Balianensi R. D. Ferdinandum Maemba Liwoke, sacerdotem Lisalaënsis dioecesis, Secretarium pro Laicorum Apostolatu Episcopalis Commissionis in Zairensi Natione, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Ignatii Waterschoot, Episcopi Loloënsis.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 8 Decembris 1982. — Exc.mum P. D. Bernardinum Echeverría Ruiz, O.F.M., Archiepiscopum Guayaquilensem, *Administratorem Apostolicum a ad nutum Sanctae Sedis)) Praefecturae Qalapagensis Apostolicae.*

die 17 Decembris. — Exc.mum P. D. Andream Bernardum Schier - hoff, Episcopum titulo Geruntinum, hucusque Auxiliarem Archiepiscopi Pacensis in Bolivia, *Vicariatus Pandoënsis Vicarium Apostolicum.*

die 25 Februarii 1983. — Exc.mum P. D. Mogale Paulum Nkhumishe, Episcopum titulo Tigisitanum in Numidia, hucusque Auxiliarem Episcopi Lydenburgensis-Vitbankensis, *Administratorem Apostolicum a sede vacante » dioecesis eiusdem nominis.*

die 1 Martii. — Exc.mum P. D. Thomam White, Archiepiscopum titulo Sebanensem, *Pro-Nuntium Apostolicum in Aethiopia.*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

TUSCULANA

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Gabrielae Sagheddu, Monialis professae Ordinis Cisterciensium Reformatorum.

SUPER DUBIO

An constet de miraculo, in casu et ad effectum de quo agitur.

Tot inter moerores et afflictiones, quibus Regnum Christi nostra hac aetate vexatur, summo desideratur ardore ab omnibus qui christiano nomine profitentur, ut Iesu Christi ad Patrem adprecatio *ut unum sint* omnino adimpleatur. Quam unitatem praeclari viri enixe foverunt ac propagaverunt publicasque in Ecclesia universa supplicationes, magno cum spirituali christifidelium fructu, indixerunt. Quidam vero eo pervenerunt ut, sese Deo victimas pro eadem Ecclesiae unitate impetranda obtulerint, et Deus eorum oblationem suscepit.

Quos inter emicat Venerabilis Serva Dei Maria Gabriela Sagheddu, ex Sardinia insula oriunda, monialis professa Ordinis Cisterciensium Reformatorum seu Strictioris Observantiae, quae caelum, fiorente adhuc aetate conscendens, consummata in brevi, tempora multa explevit. Nata enim die 17 mensis Martii anno 1914, in pago vulgo appellato *Borgali,* intra fines Nuorensis dioeceseos, animam Deo reddidit die 23 Aprilis anno 1939. Eamdem heroum in modum coluisse virtutes Ioannes Paulus Papa II die 4 mensis Maii a. 1981 declaravit.

Ad eiusdem autem sollemnem beatificationem assequendam, Causae actores miram ad cognoscendum exhibuerunt sanationem Mariae Piae Manno, monialis O. S. B. in pago Siciliae vulgo nuncupato *Alcamo,* intercessioni eiusdem Venerabilis tributam.

Quae Benedictina sanctimonialis prima ocularii morbi signa dedit anno 1948, aetatis suae vicesimo primo. Quod malum sensim sine sensu ingravescit, donec decem post annos eadem Religiosa caecitatis tenebris affecta est. Fama clarissimi iique periti in arte medica ophtalmica agi dixere de neuritide optica retrobulbari, orta ex probabili sinusite perpetua atque, omnibus perpensis, infaustam prognosim quoad valetudinem edidere.

Cum infirma Soror ad hoc devenisset ut ne Breviarium quidem in choro amplius legere valeret, nec spes affulgeret cuiusdam efficacis therapiae, demisso et abiecto animo ab omni spe aliena se gerebat. At mirabili Providentiae dispositione, ecce quid evenerit. In illa Benedictina communitate nuper perlecta erat Venerabilis Mariae Gabrielae Sagheddu biographia atque eadem religiosa communitas in notitiam venerat peculiaris gratiae a muliere quadam recens impetratae per intercessionem eiusdem Famulae Dei. Hinc desiderium, sane absconditum monialis Mariae Piae Manno, lucem oculorum obtinendi per Venerabilis Mariae Gabrielae Sagheddu intercessionem. Rebus sic stantibus, infirma oculorum caligine capta, nocte festum S. Ioseph insequenti placido correpta somno, duas somniavit moniales, quarum altera — quae videbatur esse Maria Gabriela Sagheddu — eam sollicitavit ad Divinum Officium legendum. Cui respondenti se non amplius legere valere, eadem monialis ait bono esse animo, quoniam ipsa auxilium afferret; eique dilucide ostendit Breviarii volumen, apertum ad folium diei 25 Martii, in festo Annuntiationis B. M. V. Repente expergefacta, soror caecutiens intellexit se somniasse somnium, sed vehementer commota ait intra se : ((Utinam, utinam a Maria Gabriela Sagheddu lumen oculorum petiissem » ; et iterum somno correpta, somniavit ipsi Venerabilem Mariam Gabrielam Sagheddu clare promittentem lumina oculorum post non multos dies. Expergefacta surrexit e lectulo infirma et, quamvis non videns, incerta manu in folio quodam quae acciderint summatim notavit, sed nemini de iisdem sermonem fecit. Et ecce, advenit hora a Venerabili in somnio praenuntiata. Illucescente namque die 25 mensis Martii, hora quinta cum dimidio, Soror Maria Pia Manno, post insomnem fere noctem, in choro adest inter consodales Divino Sponso laudes canituras. Haud immemor somnii et promissionis, trepidanti animo Breviarium aperit et eamdem paginam Officii Sollemnitatis Annuntiationis, quam in somnio viderat, oculis videntibus conspicit. Abbatissa et monialibus mirantibus, per fere duas horas ulla absque fatigatione, Divinum Officium firma et secura voce legit. Dein eadem die, consuetis negotiis suendi, pingendi scribendique recte et composite, sanata incubuit, et ad hodiernos usque dies, integro servato visu incumbit.

Sanationem hanc ultra naturae leges contigisse testes et periti in arte medica affirmaverunt.

Quapropter instructi sunt annis 1961-1982 super eadem sanatione processus ordinaria potestate, apostolici processus instar, apud epi-

scopalem Curiam Drepanensem, et rogatorialis in archiepiscopali Curia Neo-Eboracensi anno 1962, atque demum, anno 1981 iterum apud Drepanensem Curiam; de quarum inquisitionum iuridica forma et vi exierunt Decreta dierum 17 Iulii a. 1969 et 12 Iunii a. 1981.

Medicorum inde Consilium die 21 Ianuarii anno 1982 coadunatum est, in quo omnes, uno excepto, eandem sanationem praeter naturae vires evenisse dixerunt.

Disceptatum est postmodum circa sanationem ipsam primo, die 26 mensis Octobris eodem anno 1982, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum; dein, die 16 mensis subsequentis Novembris, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Petro Palazzini. In utroque autem Coetu, dubio num constet de miraculo omnes affirmando responderunt.

Facta de hisce omnibus, die 29 Novembris hoc anno, Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habuit et ut Decretum super eadem mira sanatione rite conscriberetur mandavit.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, accitis hodierno die Cardinali infrascripto S. Congregationis Praefecto simulque Causae Ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, declaravit: *Constare de uno miraculo, a Deo patrato, intercedente Venerabili Serva Dei Maria Gabriela Sagheddu, nimirum de instantánea, perfecta, constantique sanatione Mariae Piae Manno, monialis O. S. B., a neuritide optica retrobulbari.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 17 Decembris A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 5 Maggio 1983, S. E. il Signor **ÑUÑO AGUIRRE DE CARCER Y LÓPEZ DE SAG-REDO**, Ambasciatore di Spagna presso la Santa Sede'.

Giovedì, 19 Maggio, S. E. Signor **CARLOS ROMERO ALVAREZ GARCÍA**, Ambasciatore di Bolivia presso la Santa Sede.

Giovedì, 26 Maggio 1983, S. E. il Signor **ENRIQUE OBREGÓN VALVERDE**, Ambasciatore di Costa Rica presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza :

Venerdì, 13 Maggio 1983, S. E. il Signor **JIN-HIE**, Ministro della Cultura e dell'Informazione della Repubblica Coreana.

Venerdì, 27 Maggio 1983, S. E. il. Signor **SPYROS KYPRIANOÛ**, Presidente della Repubblica di Cipro.

Sabato, 14 Maggio 1983, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Da Venerdì, 20 Maggio, a Domenica, 22 Maggio 1983, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Milano, in occasione del 20° Congresso Eucaristico nazionale Italiano.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

16 marzo 1983. Mons. Giuseppe Cattani, *Protonotarii) Apostolico « de numero participantium »*.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

27 aprile 1983. P. Salvatore Calvia, Superiore Generale dei Missionari Comboniani; P. Fedele Giannini, Superiore

Generale del Pontificio Istituto per le Missioni Estere; Fr. José Pablo Basterrechea, Superiore Generale dei Fratelli delle Scuole Cristiane, *Membri della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » S. E. Mons. Paul J. Cordes, Vescovo tit. di Naisso e Mons. Carlo Caffarra, *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

2 maggio » Il sac. Wilhel Imkamp, *Consultore della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

Protonotario Apostolico soprannumerario:

23 marzo .1983. Mons. Tarcisio Bosso (Trieste).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

14 luglio 1982. Mons. Luigi Protopapa (Lecce).
14 gennaio 1983. Mons. Washington Gutiérrez (Huaraz).
26 » » Mons. Eleuterius Itliong (Tarlac).
» » » Mons. Orlando Panlican (Tarlac).
29 » » Mons. José Bautista Lazzaletta (Santa Rosa *in Argentina).*

Cappellani di Sua Santità:

19 febbraio 1983. Il sac. Gregorius Boyman (Costantinopoli degli Armeni).
» » » Il sac. Joseph Kaftangían (Cilicia degli Armeni).
29 marzo 1983. Il sac. Luigi Monti (Fabriano - Matelica).
» » Il sac. Tarcisio Cesari (Fabriano - Matelica).
Il sac. Mario Penco (Trieste).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

25 marzo J.983. A S. E. il signor Don José Joaquín Puig de la Bellacasa y Urdampilleta *(Spagna).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 novembre 1982. Al sig. Clement J. Zablocki (Milwaukee).
18 aprile 1983. Al sig. Ricardo Triana Uribe *(Colombia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

24 settembre 1982. Al sig. Leo Kawula (Winnipeg).
22 gennaio 1983. Al sig. Eiccardo Orucioli (Teramo ed Atri).
26 » » Al sig. Constante *D.* Quirino (Tarlac).
» » » Al sig. Ricardo Hipólito (Tarlac).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29 gennaio 1983. Al sig. Hendricus D. Boekholt (Groningen).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 dicembre 1982. Al sig. Jules Richard (Mechelen-Brussel).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 luglio 1981. Al sig. Max Weishaupt (Rottenburg-Stuttgart).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 ottobre 1979. Al sig. Gustav Bosch (Rottenburg-Stuttgart).
26 gennaio 1983. Al sig. Carlos R. Kipping (Tarlac).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 luglio 1982. Al sig. Emiqué Vizcaíno Villa (Colima).
» » » Al sig. Virginio García Cisneros (Colima).
26 gennaio 1983. Al sig. Vicente Bautista Calvento (Tarlac).
29 » » Al sig. Antonius A.A.A. Koenders (Groningen).
25 febbraio » Al sig. Raffaele Lepore (Acerenza).
» » » Al sig. Enzo Fel etti (Matera).

NECROLOGIO

3 maggio 1983. Mons. Herbé Sei jas, Vescovo di San José de Mayo *(Uruguay).*
8 » » Mons. Expedito E. de Oliveira, Vescovo di Patos *(Brasile).*
17 » » Mons. Pierre-Célestin Nkou, Vescovo di Sangmélima *(Camerun).*
20 » » Mons. Franciscus Xaverius Eikichi Tanaka, Vescovo già di Takamatsu *(Giappone).*
28 » » Mons. Silvio L. Haro Alvear, Vescovo già di Ibarra *(Ecuador).*

An. et vol. LXXV 1 Iulii 1983 Pars I, N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

FOEDERATAE CIVITATES AMERICAE SEPTENTRIONALIS

Exarchatus Apostolicus pro fidelibus ritus byzantini Romenorum in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis commorantibus constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romenorum multitudo ritus byzantini, exeunte superiore saeculo et hoc ineunte, cum a patria abiissent, hospitas Foederatas Americae Septentrionalis Civitates petiverunt ubi domicilium collocarunt paroecias quidem sui ritus habentes. Quo aptius igitur spirituali eorum saluti atque regimini consuleretur, Nos, de omnium Christifidelium bono solliciti, audita sententia sive Conferentiae Episcoporum Civitatum, quas diximus, sive Apostolici ibidem Delegati, re in Audientia hodie a Venerabili Fratre Archiepiscopo Secretario Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus relata, Exarchatum Apostolicum pro iisdem censuimus esse condendum. Quare Nostra summa potestate usi, Apostolicum constituimus Exarchatum pro fidelibus ritus byzantini Romenorum in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis com-

morantibus, iuxta praescripta orientalis iuris, quae praesertim continentur in canonibus 366-387 Litterarum Apostolicarum motu proprio datarum die quarto mensis Iunii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo. Hanc vero Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse foreque volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die quarto mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. **RUBIN**
S. Congr. pro Eccl. Orient. Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 101056.

II

S. IOSEPH IN MINDORO

Distractis quibusdam territoriis a Vicariatu Apostolico Calapanensi in Insulis Philippinis, novum Vicariatum conditur nomine S. Ioseph in Mindoro.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui, Dei volente, hominum cunctarumque Ecclesiarum curam et moderationem obtinemus, laetamur sane cum, novis conditis ecclesiasticis circumscriptionibus, spe optima ducimur fidelium necessitatibus per id aptius consuli posse. Quapropter cum Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione opportune fieri existimaverit si, diviso in Republica Insularum Philippinarum Vicariatu Calapanensi, novus alius excitaretur, volentes Nos eiusdem Congregationis coeptis concedere, re mature perpensa acceptoque voto favorabili eorum quorum interest, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A Vicariatu Apostolico Calapanensi quaedam territoria distrahimus, ex iisque novum

Vicariatum Apostolicum condimus, *Sancti Ioseph in Mindoro* appellandum. Novae huius circumscriptionis fines sint iidem qui separant provincias civiles Mindoro Orientalis et Mindoro Occidentalis denominatasi ita ut novus Vicariatus constet ex parte occidentali Vicariatus Calapanensis, cui vulgo nomen est « West Mindoro ». Oui novo Vicariatui ea omnia iura facimus, onera imponimus quae aliis eiusdem ordinis Ecclesiis. Sacrorum vero administros, quibus ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum Sancti Ioseph in Mindoro Vicariatus cura, regimen et administratio continget, enixe hortamur ut, ad gloriam Dei unice respicientes, nihil intentatum omittant ut magis magisque christianae rei fines summa diligentia ac labore proferant. Ceterum volumus ut has Litteras Nostras exsequendas curet Apostolicus in Republica Insularum Philippinarum Nuntius, vel quem ipse delegaverit, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum, factis ad id necessariis agendae rei facultatibus. Cum vero negotium actum fuerit, idem documenta exarari iubebit, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione quam primum mittere curabit. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eos decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesima septima mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. R**OSSI**
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Secret. Status tab., n. 108116.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

De « Regula et Vita Fratrum et Sororum Tertii Ordinis Regularis Sancti Francisci ».

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Franciscanum vitae propositum nostra quidem aetate, haud secus ac superiore tempore, complures viros et mulieres evangelicam sitientes perfectionem Regnumque Dei appetentes sine intermissione allicit. Ad Sancti Francisci Assisiensis exemplar adhaerescentes Sodales Tertii Ordinis Regularis sectari ipsum contendunt Iesum Christum, dum fraterno vivunt in consortio, evangelica consilia oboedientiae, paupertatis, castitatis votis publicis observanda suscipiunt et in varii generis operositatem apostolicam incumbunt. Quo perfectius suae vitae propositum exsequantur, adsidue orationis usum frequentant, germanam inter se excolunt caritatem atque vera utuntur paenitentia et abnegatione christiana. Cum autem hae singulae Franciscalis vitae propositi partes ac rationes luculenter in « Regula et Vita Fratrum et Sororum Tertii Ordinis Regularis Sancti Francisci » comprehendantur cumque prorsus ita descriptae conveniant vero Franciscali instituto, Nos pro apostolicae potestatis Nostrae plenitudine statuimus, edicimus, decernimus ut haec Regula propriam habeat vim momentumque ad genuinae Franciscalis vitae sensum Fratribus et Sororibus explanandum, usquequaque videlicet perpensis iis omnibus quae de hac re iam suo tempore edixerant Decessores Nostri Leo Decimus et Pius Undecimus Constitutionibus Apostolicis « Inter cetera)) et « Rerum condicio». Quoniam novimus quanta diligentia curaque haec ((Regula et Vita» cursum renovatae accommodationis perfecerit quamque feliciter ad optatam consensionis metam pervenerit communibus ex disceptationibus et inquisitionibus votis et elucubrationibus, idcirco fore certi confidimus ut propositos fructus effectusque renovationis adfatim in posterum consequatur tempus. Haec autem voluntatis Nostrae significatio praecipimus ut firma usque sit virtutemque exserat suam tam nunc quam posthac, contrariis quibuslibet rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Decembris, anno Domini MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 104287.

II

Sanctus Pius X italicae Sodalitatis compendiariis litteris « U.N.I.T.À.L.S.I. » nuncupatae caelestis Patronus confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Iustus quidem laudeque dignus videtur notabilis venerationis cultus, quo sodales piae ((Unionis Nationalis Italicae Traiciendis Aegrotis Lapurdum et ad Sanctuaria Internationalia», quae ex primis huiusmodi verborum litteris « U.N.I.T.A.L.S.I. » nuncupatur, decessorem Nostrum sanctum Pium X assidue prosequuntur, qui primus ipso anno MCMX probatam eiusmodi Sodalitatem sua ipse Benedictione Apostolica locupletavit. Nullo autem negotio intellegi potest cur Venerabilis Frater Noster S. R. E. Hugo Cardinalis Poletti, Nostrae dioecesis Vicarius Generalis atque ipsius quam diximus piae Unionis Praeses, communibus auditis votis, non solum electionem praelaudati decessoris Nostri S. Pii X tamquam praeclarae consociationis caelici Patroni ratam habere non dubitaverit, sed etiam ab Apostolica hac Sede nuper petierit ut, quod tali de re pro munere suo ipse peregit, id sueto more ad statutas normas rite comprobaretur. Quapropter, re probe perpensa acceptaque Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino sententia, nunc auctoritate Nostra Apostolica, cum certo eiusmodi electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, hisce Litteris Sanctum Pium X sodalium piae Unionis italicae ((U.N.I.T.A.L.S.I.)) appellatae Patronum apud Deum confirmamus, ad normam videlicet electum «Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis», n. 30. Omnia exinde privilegia liturgica et honores adicimus, huiusmodi rei propria. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ceterum volumus ut haec Litterae Nostrae effectus suos nunc et in posterum habeant.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Februarii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab. n. 104549.

III

In dioecesi Segobricensi-Castellionensi sanctuarium Beatae Mariae Virginis « de Lledó » seu « de Lidón » appellatae ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei momoriam. — Paucis sicut abhinc annis tantopere placuit Paulo VI, decessori Nostro bo.me., iustissima de causa extollere dioecesis Segobricensis-Castellionensis patronam Beatam Mariam Virginem « de Lledó » sex completis saeculis ab incepto ibidem eius cultu, ita pariter Nos iuvat hoc tempore dilectae eidem communitati ecclesiali novum ac praestabile quidem decus concedere sub eodem Beatissimae Virginis Mariae praeclaro titulo. Pro explorato habetur in tali dioecesi vetustum, idemque super vetustioris ruinas aedificatum, sanctuarium extare eiusdem B. M. V. sub memorato titulo ((de Lledó» (hispanice « de Lidón ») fidenter cultae iam inde ab ineunte saec. xiv, ut etiam scripto est traditum, atque haud dubie magno in honore habitum. Sed, quod plus interest, eo nomine appellatam B.M.V. Christifideles illius regionis tanquam praecipuam apud Deum patronam venerari hucusque consueverunt eandemque peculiarium ab unico hominum Servatore Christo Iesu impetrandarum gratiarum conciliatricem invocare pergunt. Neque ullum est dubium quin eiusmodi sacra aedes tantaeque patronae imago ibi asservata valde conferant per providam sollertemque industriam tum sacerdotum eidem templo addictorum tum ipsorum sodalium aliorumque adiutorum non solum ad catholicam multorum fidem alendam christianamque inter eos caritatem fovendam sed etiam maioremque in modum ad pietatem erga dulcissimam Redemptoris Matrem in tuto semper servandam magisque in dies prospere augendam. Quibus consideratis, Nos, qui pro munere Nostro consilia capimus necnon proposita participamus, quibus verae dominici gregis utilitati prospiciatur, concedendum esse putamus precibus venerabilis Fratris Iosephi Mariae Cases Deordal, Episcopi et pastoris Segobricensis-Castellionensis, qui iam pridem, sua simul suique cleri ac populi expromens vota, poposcit ut nominatum sanctuarium praestabili insigniretur Basilicae Minoris titulo. Hac igitur de causa, ratam habentes relatam Nobis sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, cui res delata erat, vi et potestate Nostra Apostolica per has Litteras perpetuumque in modum sacram aedem, quam diximus, « B. M. Virgini de Lledó » pie dedicatam

ad gradum ac dignitatem Basilicae Minoris evehimus omniaque ei tradimus iura et privilegia quae ad cetera id genus templa pertinent, servatis tamen servandis ad normam Decreti « de titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII evulgati. Contrariis haud obstantibus. Has denique Litteras Nostras religiose observari suosque nunc et in posterum effectus habere iubemus. Ad occasionem vota etiam facimus, ut venerabilis Frater Segobricensis-Castellionensis modo memoratus, qui tantum contulit ad celeberrimum « B. M. Virginis de Lledó)) templum eiusmodi honore honestandum, iusto tandem gaudio ipse omnium primus laetetur in exoptato eventu publice suis fidelibus declarando, ex quo quidem benefici fructus vel copiosiores manabunt; quorum auspicem Apostolicam Benedictionem impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Martii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 101099.

EPISTULA

Reverendissimo episcopo Veronensi, X expleto saeculo a consecratione episcopali sancti Adalberti, missa.

AL VENERABILE FRATELLO GIUSEPPE AMARI VESCOVO DI VERONA.

La Diocesi di Verona celebra oggi in forma solenne il millesimo anniversario della consacrazione episcopale, avvenuto in codesta Città, di Sant'Alberto, Vescovo di Praga, unitamente alla festività del Patrono San Zeno.

Questo avvenimento desta nel mio animo una profonda gioia spirituale. Si tratta di una ricorrenza estremamente significativa per mettere in luce il legame tra le Nazioni dell'Occidente e dell'Oriente Europeo nella fede cristiana, base di un'unica cultura e civiltà.

S. Adalberto, infatti, è di origine slava: il suo nome di Battesimo era « Vojtëch », che significa « consolazione dell'esercito », e sotto questo nome è soprattutto conosciuto presso gli Slavi. La sua prima formazione dipese dalla spiritualità Cirillo-metodiana, irradiata nella Boemia dalla confinante Grande Moravia. Successivamente, a tale spi-

ritualità si congiunse, nella sua persona, quella occidentale, rappresentata al suo tempo dal movimento cluniacense, facente capo a Saia Benedetto.

Si tratta, come ebbi a dire in altra occasione, in certo senso di « due forme di cultura diverse, ma allo stesso tempo profondamente complementari»: la cultura benedettina, «più logica e razionale)); quella dei due Santi Fratelli greci, « più mistica e intuitiva » (Discorso ai partecipanti al «Colloquio internazionale» su « Le comuni radici cristiane delle Nazioni europee» 6 Novembre 1981, n. 2). Entrambe hanno concorso e tuttora devono concorrere, in forza di tale loro mutua complementarietà, al mantenimento ed al rafforzamento dell'unità spirituale e culturale dell'Europa.

Già nell'Omelia che pronunciai a Gniezno, il 3 giugno 1979, non potei non attestare pubblicamente la riconoscenza che tutti i Popoli slavi, e la mia Patria in particolare, debbono al Santo Vescovo e Martire boemo. Infatti, proprio a Gniezno ricevettero una prima accoglienza le sue reliquie, dopo che furono recuperate con gesto generoso da parte del Re. Se inoltre consideriamo che alla Sede metropolitana di Gniezno, eretta, si può dire, sulle sue reliquie, apparteneva anche la Diocesi di Cracovia, si comprenderà meglio il senso delle mie parole, quando, nella medesima Omelia, aggiunsi : « Questo Papa porta in se stesso l'eredità di Adalberto ». Si tratta dunque di un Santo molto caro e noto al Centro-Europa, e la cui celebrazione solenne, oggi a Verona, Città di tradizionali rapporti intereuropei, potrà indubbiamente servire a ritrovare le antiche comuni sorgenti, affinché « la consapevolezza di questa comune ricchezza, diventata su strade diverse patrimonio delle singole società del Continente europeo, aiuti le generazioni contemporanee a perseverare nel reciproco rispetto dei giusti diritti di ogni Nazione e nella pace, non cessando di rendere i servizi necessari al bene comune di tutta l'umanità e al futuro dell'uomo su tutta la terra» (Lett. Apost. «Egregiae virtutis», 31 dicembre 1981).

L'esempio di Sant'Adalberto si presenta quindi oggi più che mai valido in un'Europa che, pur conservando il tesoro inestimabile della Verità cristiana, vede tuttavia risorgere nel proprio seno, in varie forme, i fermenti di dissoluzione propri di quel pensiero pagano che era stato superato dalla novità del Vangelo, grazie all'opera generosa e — diciamo pure — eroica dei primi missionari, tra i quali appunto il Santo Patrono di Praga.

Oggi, sul loro esempio, occorre riproporre il medesimo messaggio,

in forme certo adatte agli uomini del nostro tempo ; e mostrare come il Cristianesimo non è un'esperienza storica superata da nuove forme di redenzione umana, ma è, resta e sarà sempre la « novità » per eccellenza, al di là di tutti i ritrovati che l'uomo, con le sue sole forze, saprà escogitare nel corso della storia.

Se cediamo alla tentazione di lasciare il Cristianesimo per le ((ideologie)) di questo mondo, pensando di trovarle più «avánzate» o più efficaci, in realtà non andiamo avanti, ma torniamo indietro. Questo dovrebbe insegnarci la recente storia europea, nella quale si può costatare che l'acconsentire a quella tentazione non è stato senza rapporto con le catastrofi nelle quali essa è precipitata, sperimentando forme di barbarie sconosciute agli stessi antichi pagani.

L'esempio di Sant'Adalberto e degli altri grandi fondatori dell'Europa cristiana ci incoraggia a cercare e a trovare «una piattaforma d'incontro tra le varie tensioni e le varie correnti di pensiero, per evitare ulteriori tragedie e soprattutto per dare all'uomo, al "singolo" che cammina per vari sentieri verso la Casa del Padre, il significato e la direzione dell'esistenza)) *(Ibid.,* n. 3).

S. Adalberto è il modello dell'intellettuale divenuto Vescovo, evangelizzatore e riformatore, e che, in una totale donazione della propria vita, giunge al martirio per la causa di Cristo. Egli fu pieno di misericordia verso tutti, ma anche pronto a difendere con forza la dignità e i diritti di ogni uomo contro le oppressioni e le vessazioni dei potenti. Egli ci è di esempio anche nel modo di impegnarci per la vera riconciliazione tra gli uomini e i cristiani.

Da dove egli traeva questa grandiosa luce e forza spirituale? Da due sorgenti che non sapeva disgiungere: una profonda sete di studio, di contemplazione e di vita austera da una parte ; e, dall'altra, un'assoluta fedeltà alla Chiesa e al Sommo Pontefice. Gli spostamenti stessi che egli compì nella sua vita testimoniano sensibilmente di questo duplice movimento del suo spirito tra il momento dell'azione missionaria e quello della quiete contemplativa accanto al Vicario di Cristo, a Eoma, dove visse alcuni anni in un monastero sull'Aventino. Egli stesso, ritornato in Boemia, fondò presso Praga, il monastero di Bfvnov (992-993), che dette un forte impulso all'irradiazione del Cristianesimo anche verso l'Est.

Possano le generazioni odierne raccogliere l'insegnamento del grande Patrono di Praga, come di tutti i Santi che si sono mossi nello stesso spirito, a cominciare da Benedetto, Cirillo e Metodio, per trovare in

essi i criteri e i maestri di una nuova speranza e di un nuovo avvenire per l'Europa cristiana e, attraverso di essa, per il mondo intero, per attuare un vero e pieno rispetto della dignità dell'uomo fatto ad immagine di Dio.

Con questi sentimenti ed auspici, caro Fratello, sono presente in spirito, con fervida partecipazione, alle solenni celebrazioni, ed invio a Lei, ai suoi collaboratori e a tutti i diletti figli della Diocesi veronese la Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico, 2 aprile dell'anno 1983, quinto di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam Iugoslaviae episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Cari Fratelli nell'episcopato,

1. Dopo essermi intrattenuto separatamente con ognuno di voi nei giorni scorsi e ancor stamane, ora ho la profonda gioia di poter dare un fraterno e cordiale benvenuto a tutti voi insieme, cari Presuli che, essendo in maggioranza croati, costituite in pratica circa la metà dei Vescovi di Iugoslavia e avete cura delle varie diocesi delle Province ecclesiastiche di Zagabria, di Split-Makarska e di Rijeka-Seni, delle arcidiocesi di Belgrado e di Zadar, e della diocesi di Subotica.

Sono lieto di accogliervi. Siete giunti guidati dall'Arcivescovo di Zagabria e Presidente della Conferenza Episcopale Iugoslava, Sua Eminenza il Cardinale Franjo Kuharic, che ho avuto il piacere di elevare alla dignità cardinalizia il 2 scorso e che ringrazio vivamente per le sentite parole che ha voluto rivolgermi a nome di tutti.

Nel porgervi il mio fraterno saluto, ho presenti pure i vostri confratelli delle altre diocesi di Iugoslavia, che verranno prossimamente per compiere, come voi fate ora, il dovere di rendere la visita «ad Limina Apostolorum » e venerare i sepolcri degli Apostoli Pietro e

*** Die 18 m. Februarii a. 1983.**

Paolo. So bene — e l'ho potuto verificare nelle nostre conversazioni di questi giorni — che, più che il senso del dovere, vi spinge il desiderio profondo, che si fa sentito bisogno, di testimoniare e di corroborare anche in questo modo i vincoli di comunione ecclesiale, in forza dei quali ((sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur».[1] Bisogno da voi particolarmente sentito in quanto è anche espressione della fedeltà sincera, a volte eroica, alla Chiesa e dell'attaccamento profondo dei fedeli delle vostre diocesi al Successore di Pietro. Ad essi, insieme con i sacerdoti, i religiosi e le religiose delle vostre diocesi e dell'intera Iugoslavia va ora il mio pensiero con particolare, paterno affetto.

Il nostro incontro odierno è complemento e culmine degli incontri personali che ho avuto con ognuno di voi, i quali mi hanno offerto la possibilità di conoscere i vostri sforzi per attuare nelle singole diocesi il rinnovamento della Chiesa voluto dal Concilio Ecumenico Vaticano II. Voi mi avete fatto anche presenti le gioie e le preoccupazioni provate nel vostro lavoro pastorale, i propositi e le speranze per l'avvenire. Molto mi era già noto grazie alle vostre relazioni quinquennali ma i particolari da voi riferiti direttamente sono stati utili per farmi un'idea più precisa della situazione delle vostre rispettive comunità. Condividendo la vostra sollecitudine pastorale, desidero insieme con voi, che le speranze diventino realtà consolatrice di una vita ecclesiale ogni giorno più viva e più conforme ai desideri di Cristo.

2. Le notizie incoraggianti che voi mi avete fornito circa molti aspetti della vita della Chiesa nelle vostre diocesi mi inducono ad elevare un sentimento di lode e di ringraziamento al Signore, datore di ogni bene, per l'abbondanza con cui i suoi doni hanno fruttificato nel gregge a voi affidato, nella traccia del rinnovamento voluto dal Concilio Vaticano IL Non dubito che altrettanto mi potranno dire prossimamente i vostri confratelli. Mi congratulo dunque con voi, venerati e cari Fratelli nell'episcopato, perché è grazie al lavoro per il vostro popolo e alla vostra preghiera che si diffonde in molteplici forme e abbondantemente la pienezza della santità di Cristo.[2]

Così, è anche grazie a voi e all'opera dei sacerdoti — vostri necessari

[1] **Cfr. *Lumen Gentium,* n. 22.**

[2] **Cfr. *Lumen Gentium,* n. 26.**

ed immediati collaboratori nel ministero pastorale — che la fede delle vostre popolazioni continua a fare onore alla loro più che millenaria tradizione cristiana: una fede che — radicata saldamente nel cuore dei fedeli — si esprime connaturalmente nelle celebrazioni liturgiche e in altre cerimonie religiose; una fede che è altresì consapevole delle esigenze pratiche che essa comporta e spinge i credenti a conformarvi l'intera vita nelle sue manifestazioni individuali, familiari e sociali; una fede che li rende pure disponibili per contribuire al bene della società civile in cui vivono, in spirito di rispettoso dialogo, di comprensione e di fattivo impegno per il miglior svolgimento della vita sociale, come cittadini esemplari che corrispondono alle esigenze della loro identità cristiana e vogliono sinceramente il superamento delle difficoltà congiunturali di diversa indole, in cui la comunità civile può venire a trovarsi.

3. Con intima soddisfazione ho potuto poi verificare che questa fede attiva è alimentata e sostenuta anche dal grande amore e dalla profonda devozione che i vostri fedeli nutrono verso la Madonna, venerata in tutte le parrocchie e anzitutto in tanti Santuari delle vostre diocesi.

Mi auguro con voi che questi sentimenti di amore e di devozione, che si fanno preghiera riconoscente e fiduciosa alla Madre di Dio e Madre della Chiesa, continuino a manifestarsi pubblicamente mediante la partecipazione fervente alle celebrazioni liturgiche nelle feste della Madonna e ai pellegrinaggi affollati ai suoi santuari, in particolare a quello di Marija Districa, che vi accoglierà l'anno prossimo per la celebrazione del Congresso Eucaristico Nazionale; prego anche Maria, Madre di oguno di noi, perché a detti sentimenti corrispondano sempre i frutti di una vita cristiana autentica e disponibile all'impegno apostolico che spetta ai fedeli.

4. Senza voler né poter ora essere esauriente nel ricordare i motivi di legittima soddisfazione inerenti alla realtà delle vostre comunità, dovrei anche accennare ad alcune delle preoccupazioni che voi, da Pastori zelanti, sentite e che io condivido.

Noi tutti, ed anche i vostri fedeli, siamo consapevoli della necessità che la comunità cristiana possa disporre di un numero sufficiente di sacerdoti, essendo il loro ministero — esercitato in comunione con voi, che assicurate l'unità del presbiterio diocesano — indispensabile per alimentare, sostenere e far progredire la vita dei figli di Dio. Siamo anche consapevoli dell'importantissimo contributo ecclesiale recato da

coloro che scelgono una delle numerose forme di vita consacrata, testimoniando così la ricchezza e varietà della vita della Chiesa e procurando, oltre alla loro preghiera, un valido aiuto per tante attività di formazione e di animazione cristiana.

Ora, ho appreso con preoccupazione che le vocazioni sacerdotali e religiose sono meno numerose che alcuni anni fa. So che il problema vi assilla e che vi studiate di dargli un'adeguata soluzione : vi incoraggio caldamente a non risparmiare sforzi in questo settore e a stimolare i sacerdoti, le anime consacrate e le famiglie ad assumere la responsabilità vocazionale che spetta loro, senza che nessuno debba considerarsi libero dal dovere di dare il proprio contributo a questo fine. Raccomando a tutti di pregare incessantemente perché il Signore mandi nuovi operai alla sua messe.[3] Vi chiedo anche di presentare gioiosamente ai giovani la vocazione sacerdotale o religiosa come un dono di Dio, una grazia per la persona e per la comunità, senza peraltro nascondere l'esigenza di fedeltà totale e irrevocabile che comporta la libera risposta affermativa alla chiamata divina. Sono certo che molti giovani sapranno rispondere a tale appello.

5. Nutro poi fiducia che le vostre Comunità sapranno far fronte ai molti pericoli che in Jugoslavia, come in quasi tutti i Paesi, si propagano nel nostro tempo nei confronti della fede cristiana. Mi riferisco alla desacralizzazione, al materialismo, al consumismo e all'edonismo, che danno la parvenza di una vita più facile perché più libera, mentre in realtà rendono l'esistenza meno umana, perché meno attenta e meno rispondente alle aspirazioni più profonde dell'uomo. Sono sicuro che la conoscenza della situazione concreta delle vostre diocesi vi permetterà di trovare le soluzioni pastorali più atte per riuscire a superare detti pericoli. Vorrei nondimeno suggerirvi la convenienza di promuovere, a mezzo della catechesi dei fanciulli e dei giovani e della cura continua dei fedeli nelle famiglie, nelle parrocchie e nelle altre comunità, una formazione solida ai criteri evangelici, affinché essi impegnino davvero la vita : in particolare, l'apertura allo spirituale e al mistero, la tendenza all'austerità, la disponibilità, la solidarietà fraterna, il perdono.

6. A tale scopo, occorre anche che voi continuiate ad assicurare con generoso impegno il servizio episcopale, massimamente nel garantire che la fede cristiana venga presentata senza ambiguità, poiché i fedeli hanno il diritto e il bisogno di ricevere il messaggio di Cristo nella sua

[3] Cfr. *Lc* io, 2.

verità e nella sua integrità, in conformità al Magistero della Chiesa. Consapevoli della vostra grave responsabilità, proseguite nella vostra azione intesa a promuovere l'ortodossia dell'insegnamento religioso nei vari centri di formazione ecclesiastica, nei diversi settori dell'attività pastorale, nella predicazione e nelle pubblicazioni. La fedeltà a Cristo — autore e perfezionatore della fede[4] — e al suo messaggio, implica infatti la fedeltà alla Chiesa ; e la fedeltà alla Chiesa comporta, a sua volta, la fedeltà al suo Magistero. E questa fedeltà deve essere costantemente assicurata da voi, che avete anche il compito di promuovere l'applicazione corretta delle disposizioni del Concilio Ecumenico Vaticano II, tenendo conto delle indicazioni apportate dai documenti pontifici posteriori, fra i quali quelli che rappresentano il frutto dei singoli Sinodi dei Vescovi.

7. Sono queste le riflessioni che ho voluto parteciparvi, pensando all'intera comunità cattolica che è in Iugoslavia. Quando riceverò gli altri confratelli della Conferenza Episcopale, mi rivolgerò ad essi nella medesima prospettiva. Sono certo che le accoglierete come espressione del mio desiderio e del mio dovere di confermarvi e di incoraggiarvi nell'esercizio del ministero pastorale che vi è stato affidato, affinché « quando apparirà il Supremo Pastore voi riceviate la corona incorruttibile della gloria».[5]

Prima di congedarmi da voi, venerati e cari Fratelli, vi chiedo di portare a tutti i vostri concittadini il mio saluto cordiale e i miei più fervidi voti di bene.

Insieme con voi benedico tutti i membri delle vostre comunità diocesane, invocando da Dio abbondanti grazie ed assicurandoli del mio sincero e profondo affetto.

II

Ad Sacrae Romanae Rotae Tribunalis Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos coram admissos.*

1. Sono vivamente grato a Monsignor Decano per le nobili espressioni con le quali ha interpretato i comuni sentimenti ed ha posto in evidenza difficoltà e prospettive della complessa attività, a cui Voi tutti attendete con generosa dedizione. Questo annuale incontro mi è

[4] Cfr. *Eb* 12, 4.

[5] *1 Pt* 5, 4.

* Die 26 m. Februarii a. 1983.

gradita occasione per rivolgere, innanzitutto, un cordiale saluto a quanti spendono le loro energie in questo delicato settore della vita della Chiesa : a Lei, Monsignor Decano, al Collegio dei Prelati Uditori, che compongono il Tribunale, agli altri Officiali, che Vi fanno parte, ed alla schiera degli Avvocati Rotali, che vedo qui largamente rappresentata. Sono lieto di poter rendere onore, con animo riconoscente, alle persone che fanno dell'amministrazione della giustizia nel nome di questo Sede Apostolica la loro professione.

La circostanza mi offre altresì l'opportunità di intrattenermi con Voi, com'è consuetudine, su quegli aspetti del vostro lavoro che sembrano meritare, di anno in anno, maggiore attenzione. **U** nostro odierno incontro avviene a pochi giorni dall'atto solenne della promulgazione del nuovo Codice di Diritto Canonico che, come dicevo nella Costituzione *Sacrae disciplinae leges,* « va riguardato come lo strumento indispensabile per assicurare ordine sia nella vita individuale e sociale, sia nell'attività stessa della Chiesa».[1]

Al termine del lungo e meritorio lavoro di riforma delle leggi della Chiesa, penso che si possano ripetere, con giudizio retrospettivo di verità, le parole che il mio Predecessore Paolo VI vi rivolgeva il 12 febbraio 1968, riferendosi proprio alla revisione del Codice : <(La vasta e multiforme esperienza accumulata dal vostro Tribunale ih questi ultimi anni, vi mette in grado, oggi come in passato, di fornire un materiale copioso e qualificato per la nuova legislazione. Non soltanto, come è evidente, la parte dedicata alla struttura e dinamica del processo canonico e alla dommatica del matrimonio, ma anche gli stessi princìpi e gli istituti fondamentali del Diritto Canonico potranno essere individuati in maniera più genuina e definiti in termini più sicuri con l'apporto della dottrina contenuta nelle vostre Decisioni. Attraverso queste filtreranno nel nuovo Codice i risultati felicemente raggiunti dalla più recente elaborazione del diritto civile delle Nazioni, così come i dati acquisiti dalla scienza della medicina e della psichiatria. Il senso profondamente umano che ispira le vostre Sentenze contribuirà a illuminare il mistero dell'uomo e del cristiano di oggi, colui cioè che sarà il destinatario del rinnovato Codice, colui al quale la nuova legislazione dovrà offrire una chiara traccia e un valido aiuto per vivere coraggiosamente le verità evangeliche e la propria vocazione nella Chiesa di Cristo».[2]

[1] Cfr. *AAS* 75 (1983), p. xi.

[2] *AAS* 60 (1968), pp. 205-206.

Mi sembra che l'auspicio di Paolo VI si sia ampiamente avverato nei testi legislativi del nuovo Codice : la dottrina ecclesiologica, conforme agli orientamenti del Vaticano II, e le indicazioni pastorali in essa contenute gli assicurano una ricchezza stimolante ed una aderenza concreta alla realtà, che meritano di essere attentamente studiate per essere poi generosamente applicate alla vita della Chiesa.

2. Desidero ora in particolare sottolineare alcuni elementi che interessano l'importante ed insostituibile lavoro che la Sacra Romana Rota, Tribunale ordinario del Romano Pontefice, svolge per il bene di tutta la Chiesa.

Mi riferisco innanzitutto a quanto il nuovo Codice di Diritto Canonico afferma al can. 22, § 1: «Christifidelibus competit ut iura, quibus in Ecclesia gaudent, legitime vindicent atque defendant in foro competenti ecclesiastico ad normam iuris». E al paragrafo seguente vien precisato : « Christifidelibus ius quoque est ut, si ad iudicium ab auctoritate competenti vocentur, iudicentur servatis iuris praescriptis, cum aequitate applicandis ». La Chiesa ha sempre affermato e promosso i diritti dei fedeli, ed anzi nel nuovo Codice ne ha promulgato come una « carta fondamentale » ,[3] offrendo, nella linea di auspicata reciprocità tra diritti e doveri iscritti nella dignità della persona del « Christifidelis», le opportune garanzie giuridiche di protezione e di tutela adeguata.

Il ministero del giudice ecclesiastico è perciò quello dell'interprete della giustizia e del diritto. Inoltre, come dicevo nel discorso del 17 febbraio 1979, « il giudice ecclesiastico non solo dovrà tenere presente che la esigenza primaria della giustizia è di rispettare le persone, ma, al di là della giustizia, egli dovrà tendere all'equità, e, al di là di questa, alla carità».[4]

3. Ma la tutela dei diritti personali di tutti i membri del Popolo di Dio, fedeli o pastori, non deve sminuire la promozione di quella comunione ecclesiale che si pone come istanza primaria di tutta la legislazione ecclesiastica, e che deve guidare tutta l'attività del Popolo di Dio. La Chiesa infatti è definita «sacramento di unità».[5] Se quindi il fedele, come annotavo nel medesimo discorso, « riconosce, sotto l'im-

[3] **Cfr. cann. 208-223.**

[4] ***Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* 11-1979, 410.**

[5] **Cost. dogm. *Lumen gentium,* 1.**

pulso dello Spirito, la necessità di una profonda conversione ecclesiologica, trasformerà l'affèrmazione e l'esercizio dei suoi diritti in assunzione di doveri di unità e di solidarietà per l'attuazione dei valori superiori del bene comune».[6]

La tensione verso il bene comune e verso la corresponsabilità di tutti i membri della Chiesa nella costruzione di quella società ben compaginata che è portatrice di salvezza a tutti gli uomini, postula il rispetto dei ruoli di ciascuno, secondo il proprio statuto giuridico nella Chiesa, e l'efficace attività di tutte le funzioni pubbliche a cui è attribuita la «potestas sacra». E tutto ciò in prospettiva di una più profonda redenzione dell'uomo dalla schiavitù del peccato e dal mito di una libertà ingannatrice. « Col richiamo del principio di autorità e della necessità dell'ordinamento giuridico, nulla si sottrae al valore della libertà ed alla stima in cui essa deve essere tenuta — affermava Paolo VI nel discorso del 29 gennaio 1970 —; si sottolineano bensì le esigenze di una sicura ed efficace tutela dei beni comuni, tra i quali quello fondamentale dell'esercizio della stessa libertà, che solo una convivenza bene ordinata può adeguatamente garantire. La libertà infatti, che cosa varrebbe all'individuo, se non fosse protetta da norme sapienti e opportune? Con ragione affermava il grande Arpinate : "Legum ministri magistratus, legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes servi sumus ut liberi esse possimus" » . [7]

Cum urbs vulgo Teixeira de Freitas, quae intra fines municipii sedis episcopalis Carabellensis extat, commoditate viarum, incolarum frequentia opibusque modo crebra, labentibus annis, felicia susceperit incrementa ac, ad praesens, christifidelium numero, industria, commerciisque floreat, Exc.mus P. D. Philippus Broers, O.F.M., Episcopus Carabellensis, ab Apostolica Sede enixe expostulavit ut, simul cum eius renuntiatione ac successoris electione, sedes episcopalis ab urbe Caravelas ad civitatem Teixeira de Freitas transferatur templumque vero in urbe Caravelas situm Dei in honorem Sancti Antonii dicatum Concathedralis fastigium et dignitatem servet.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Fur no, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, decernit ut:

1. Sedes episcopalis dioecesis Carabellensis in urbe vulgo nuncupata Teixeira de Freitas statuatur templumque paroeciale ibi exstans Deo in honorem Sancti Petri dicatum ad gradum et dignitatem Ecclesiae Cathedralis evehatur eique insignia, privilegia iuraque omnia tribuens quibus ceterae episcopales ecclesiae ad normam iuris communis fruuntur et ornantur;

2. **Templo** vero in urbe vulgo Caravelas exstanti Deo, in honorem Sancti Antonii dicato, usque adhuc dignitate Ecclesiae Cathedralis insignito, titulum, dignitas ac fastigium concathedralis Ecclesiae tribuantur;

3. Cathedralis Ecclesiae Carabellensis in perpetuum eiusque pro tempore Praesulis Ordinarii titulus ac denominatio sit Taxensis-Carabellensis ;

4. Episcopo Taxensi-Carabellensi in posterum ad normam iuris residere liceat etiam in urbe vulgo Caravelas prout, suo arbitrio, hoc ad maiorem Dei gloriam animarumque salutem provehendam cesserit.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carolum Furno deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, ubi primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 18 mensis Aprilis anno 1983.

& SEBASTIANUS Card. B **AGGIO**, *Praefectus*

L. & S.

© Fr. Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 28 Ianuarii 1983. — Cathedrali Ecclesiae Tacuarembianàe R. P. Danielem Gil Zorrilla, e Societate Iesu, hactenus moderatorem Instituti pro spiritualitate Sancti Ignatii a Loyola.

die 24 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Ozamisanae noviter erectae, Exc.mum P. D. Iesum Dosado, hactenus Episcopum eiusdem sedis.

die 5 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bacanariensi R. D. Theodorum Buhain, hactenus moderatorem generalem instrumenti communicationis socialis vulgo « Radio Veritas », quem deputavit Auxiliarem Archiepiscopi Manilensis.

die 2k Martii. — Cathedrali Ecclesiae Antipolensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Protasium Gungon, hactenus Episcopum titularem Obbensem et Auxiliarem Archiepiscopi Manilensis.

die 6 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Scrantonensi, Exc.mum P. D. Ioannem 0'Connor, hactenus Episcopum tit. Cursolensem.

die 13 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Nationensi, R. D. Antonium Tonnos, Vicarium Generalem dioecesis S. Catharinae in Ontario, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Pauli Reding, Episcopi Hamiltonensis.

die 16 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae JSTeptensi R. D. Camillum Ruini, Delegatum episcopalem pro pastorali animi cultus apud Iuvenes litterarum studio deditos in dioecesibus Regiensi in Aemilia et Guastallensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Gilberti Baroni, Episcopi Regiensis in Aemilia et Guastallensis.

die 17 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Apucaranensi, Exc.mum P. D. Dominicum Gabrielem Wisniewski, C. M., hactenus Episcopum Procopiensem.

die 19 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Corporis Christi, Exc.mum P. D. Renatum Gracida, hactenus Episcopum Pensacolensem-Tallaseiensem.

die 26 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Cremonensi Exc.mum P. D. Henricum Assi, hactenus Episcopum titularem Frequentinum.

die 30 Maii. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Henrici Gelain, Episcopi Vaccariensis, Exc.mum P. D. Rolandum Octacilium Dotti, O.F.M. Cap., hactenus Episcopum Barrensem.

die 31 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Mutinensi et Abbatiae nullius dioeceseos Nonantulanae, eidem Ecclesiae in perpetuo unitae, Exc.mum P. D. Bartholomaeum Sanctum Quadri, hactenus Episcopum Interamnensem et Narniensem atque Administratorem Apostolicum Amerinum.

die 3 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Tuxpaniensi B. D. Marium De Gasperín Gasperin, e clero archidioecesis Ialapensis, curionem paroeciae Sancti Iosephi in urbe vulgo Jalapa.

— Cathedrali Ecclesiae Tigiuanaènsi R. D. Aemilium Berlié Belaunzarán, Pro-Vicarium Generalem dioecesis de Aguas Calientes.

die 6 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Vincentii Exc.mum P. D. Iosephum Ansgarium Barahona Castillo, Episcopum titularem Mibiarcensem et Auxiliarem eiusdem vacantis sedis episcopalis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

BRUGEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Isidori a Sancto Ioseph (in saec.: Isidori De Loor), Religiosi e Congregatione Passionis D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur me » *{Lc* 9, 23). Haec Divini Magistri verba

omnibus eius discipulis dicta, semper impensius usurpata sunt ab iis, qui, relictis omnibus, ei se totos devoverunt. Clare hoc docet Concilium Oecumenicum Vaticanum II haec dicens: « Omnes, qui ad praxim consiliorum evangelicorum a Deo vocantur eademque fideliter profitentur, Domino se peculiariter devovent, Christum sequentes, qui virgo et pauper (cf. *Mt' 8,* 20; *Lc* 9, 58) per oboedientiam usque ad mortem crucis (cf. *Phil* 2, 8) homines redemit et sanctificavit. Ita caritate impulsi, quam Spiritus Sanctus in cordibus eorum diffundit (cf. *Rom* 5, 5), magis magisque vivunt Christo et Corpori eius quod est Ecclesia (cf. *Col* 1, 24)» (Decretum *Perfectae Caritatis, n.* 1).

Innumerabiles animae Deo consecratae, quae sanctitatem sunt consecutae per historiae christianae saecula, expresserunt in se illa Christi verba et Ecclesiae Magisterii, ut aperte apparet etiam in Servo Dei Isidoro a S. Ioseph, humili Fratre coadiutore Congregationis Passionis Iesu Christi.

Natus est Servus Dei, trium filiorum primus, in pago *Vrasene,* intra fines dioecesis Gandavensis, in Flandria orientali (in Regno Belgico), die duodevicesimo mensis Aprilis anno 1881 ex Aloisio De Loor et Camilla Hutsebaut, optimis coniugibus christianis, agricolis, et insequenti die est baptizatus, nomine ei indito Isidoro.

In familia educatus, ubi reverentia et observantia legis Dei et Ecclesiae vitam regebant, Isidorus sanus crevit et innocens. Ludos elementarios in pago *St. G-illis* frequentavit, et primum sacra de altari libavit fortasse pridie Dominicam Passionis anno 1892; et Confirma^ tionem accepit die vicesimo quinto mensis Maii anno 1894, in vico *St. Qillis-Waas.*

Ludis litterariis peractis, incepit patrem adiuvare in operibus rusticis; deinde scholas vespertinas de agricultura frequentavit et hac in disciplina peritissimus evasit. Robustus et industrius iuvenis subsicivis temporibus incubuit etiam in operas viarum, et fuit sociis exemplo alacritatis et testimonii christiani. Sed Servus Dei commodius se habebat in operibus agrestibus; namque ibi, coniuncte cum natura vivens, acrius sentiebat Deum adesse, dum omnibus viribus laborabat — vel canens post boves suos — non sine consilio aes alienum persolvendi, a suis contractum ut fundum emerent: quod feliciter evenit.

In frequentandis Sacramentis assiduus, multo magis quam id temporis in usu erat; studiosus legendi, audiendi verbum Dei et pre-

candi; sodalis (uti cantor) Piae Unionis a S. Francisco Xaverio illius loci, magister catechismi in pagis *Vrasene* et *8. G-illis,* ubi docilissimos puerorum animos ad se allexit, Servus Dei et domi et ubique optimus habebatur.

Corporis constitutione sanus, diligens in omnibus officiis suis exercendis; non taciturnus sed silentii amans; praesidium familiae; ab ostentatione et humana verecundia alienus; quodvis periculum morum devitans ; sedulus in peregrinationibus festis ad Sanctuarium Beatae Mariae Virginis Gaverlandense ; simplex sed non tardus; integram degebat vitam, refrenatam, actuosam, adeo ut quidam sodalis a Passione Iesu Christi affirmaturus esset Servum Dei «iam sanctum » ingressum esse in Congregationem.

Nihil igitur mirum, si tam diligens iuvenis animadvertit se ad vitam perfectiorem vocari per consiliorum evangelicorum professionem. Nonnulli iam praesenserant Isidorum futurum esse Religiosum quamvis is hanc voluntatem accurate occultaret, eo magis quod deserere familiam non potuisset, dum frater minimus natu, Franciscus, stipendiis confectis, in eius locum successisset.

Ita, viginti sex annos natus, Servus Dei — multa quidem quoad affectum perpessus, sed ardore et hilari fortitudine impulsus — ingressus est in novitiatum Patrum a Passione Iesu Christi in pago *Ere* sedem habentium, intra fines dioecesis Tornacensis, ubi vestem religiosam sibi induit die 8 mensis Septembris anno 1907. Feliciter haud facilibus experimentis anni probationis superatis, insequenti anno, die tertio decimo mensis Septembris proximo ante festum Exaltationis Sanctae Crucis, tria vota perpetua professus est, addito his quarto voto, sodalium a Passione proprio, «promovendi pro viribus religiosum cultum et gratam memoriam Passionis D. N. I. C » .

Cum ea munia ei commissa essent, quae sunt Fratrum Coadiutorum propria, existimatus est a Superioribus « perfectus Frater » et « exemplar perfectum » Fratris a Passione.

Mense Decembri anno 1910 translatus ad secessum loci *Wezembeelc,* qui est in archidioecesi Mechliniensi, munere coqui est functus, omnibus satisfaciens magna caritate, etsi in condicionibus difficillimis, quoniam semper promptus erat ad ministrandum Fratribus etiam temporibus inopinatis : quod si ceteri putabant huiusmodi laborem vix fieri posse, ipse faciebat et ferme « sanctus » habebatur.

Haec autem faciebat nihil regularis observantiae remittens ; quae

tum iuxta Regulam non mitigatam S. Pauli a Cruce praecipiebat diu noctuque choro adesse, crebra ieiunia et abstinentiam maximam per anni partem, silentium fere continuum, nudis pedibus ambulare — quanto id durius per gélidas hiemes Bélgicas ! — : et haec exsequebatur laetus et fervidus, etsi « terribilium rerum cotidianarum » pondere premebatur, quarum causa saepe indigne et contumeliose tractabatur. Nonnisi impensa vita orationis et intimae cum Deo coniunctionis, frequens et fructuosus Sacramentorum usus, ante omnia Eucharistiae, ardens erga Domini Passionem et Virginem Perdolentem ac S. Ioseph pietas, ostendunt cur in heroico exercitio virtutum christianarum et religiosarum cucurrerit Servus Dei, a Superioribus et Fratribus existimans ((ipsa Regula», ((frater voluntatis Dei», ((alter Gabriel a Virgine Perdolente ».

Quanta fuerit eius virtus patet ex morbo et ablatione dextri oculi (mense Iunio, anno 1911), quam mira fortitudine tulit, ita quidem ut ipsi medici colligerent Servum Dei ((esse sanctum » ; et paucis post diebus rursus in coquinarios labores incumberet.

Mense Augusto anno 1912 Servus Dei translatus est ad secessum loci *Kortrijk* — qui est in dioecesi Brugensi — ubi coquus fuit Communitatis adhuc frequentioris, et factus est ostiarius a mense Augusto anni 1913 usque ad mortem, quamquam interdum stipem quoque emendicavit, admirationem et benevolentiam fidelium sibi comparans etiam eo difficillimo tempore quo, priore universi terrarum orbis inito bello, Belgium est a Germania occupatum. Ibidem, « factus bonus odor Christi», sanctos sodales a Passione Christi oratione, paupertate et solitudine aemulando, exemplo fuit Fratribus et fidelibus, sive portam domus religiosae custodiendo, sive ecclesiae prospiciendo, et arctius in dies se cum Dei coniunxit. Laete et scrupulose Regulae et Superioribus fuit oboediens; se prorsus abnegavit in austera Regulae observantia, spiritu missionali imbutus; in morbo, in rebus adversis, in indignis fortem se ostendit, voluntati Dei sane obsequentem, ad praemium aeternum intentum.

Pleuritide correptus et etiam cancro, praenuntiato ex quo tempore oculus dexter ei ablatus est, acerrime fere mensem omnia passus est, aequo tamen animo ((propter pulchrum caelum », uti dictitabat ; et hanc vitam finivit pio obitu pridie Nonas Octobres a. 1916, feria sexta, triginta quinque annos natus et sex menses, postquam fere novem annos et sex menses vitam religiosam degerat. In saeculo vitam integerri-

mam erat testatus, ornatam lectissimis virtutibus christianis; prompte et sincere divinam vocationem secutus erat; perseveranter et iucunde cucurrerat ad perfectionem religiosam, simplici et ardenti exercitio officii cotidiani, ((via regia Crucis » consequendam.

Fama sanctitatis, qua Servus Dei vivus decoratus est a Fratribus et fidelibus, sine intermissione crevit post eius mortem; unde humilis hic Frater coadiutor a Passione Iesu Christi, populi Belgici maxima significatione floruit, et crebrior in dies facta est frequentia fidelium ad eius sepulcrum, potissimum postquam eius reliquiae latae sunt ad ecclesiam sodalium a Passione, S. Antonio dicatam, in vico *Kortrijh.* Idcirco initi sunt Processus Ordinarii apud Curiam Brugensem super fama sanctitatis Servi Dei, super scriptis et non cultu (annis 1950-1952). Edito Decreto super scriptis die decimo nono mensis Februarii anno 1956, Causa est introducta die nono mensis Novembris anno 1960. Secuti sunt Processus Apostolici, inchoativus et continuativus, in eadem Curia Brugensi (annis 1961-1963), etiam de nonnullis sanationibus, miris habitis et intercessioni Servi Dei tributis. Omnium Processuum adprobata validitate die vicesimo sexto mensis Maii anno 1969, disceptatum est de heroicitate virtutum theologalium et cardinalium Servi Dei, primum in Congressu peculiari, Patrum Consultorum et Officialium Praelatorum Sacrae Con^ gregationis pro Causis Sanctorum, celebrato Kalendis Decembribus anno 1981; deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium die 6 Aprilis huius anni 1982 habita, in qua Rev.mus Cardinalis Aloisius Ciappi, Causae Ponens seu Relator, sequens proposuit dubium discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate, cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes Patres Cardinales affirmative responderunt, nempe Servum Dei christianas virtutes heroum in modum excoluisse.

Certior de praemissis omnibus factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 11 Maii eiusdem anni sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, decretum super Famuli Dei virtutibus apparari mandavit.

Quod cum factum esset, hodierna die idem Summus Pontifex, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Aloisio Ciappi, Causae Ponente, meque Antistite a Secretis aliisque vocari solitis, iisque ad-

stantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, Servi Dei Isidori a Someto Ioseph, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in Acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 mensis Iulii A. D. 1982.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. & S.

® Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

ARIMINEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Pii a S. Aloisio, clerici professi Congregationis Passionis Iesu Christi.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Concilium Oecumenicum Vaticanum II gravi et universali suo magisterio docet : ((*Evangelicorum consiliorum professio tamquam signum apparet* quod omnia Ecclesiae membra ad officia vocationis christianae impigre adimplenda efficaciter attrahere potest ac debet. Cum enim populus Dei hic manentem civitatem non habeat, sed futuram inquirat, *status religiosus,* qui suos asseclas a curis terrenis magis liberat, *magis etiam tum bona caelestia iam in hoc saeculo praesentia omnibus credentibus manifestat, tum vitam novam et aeternam redemptione Christi acquisitam testificat, tum resurrectionem futuram et gloriam Regni caelestis praenuntiat))* (Const. *Lumen Gentium,* n. 44).

Cum in adulescente paulo plus viginti annos nato hoc ((signum» exprimitur, melius etiam apparet eius efficacia, quia in maturitate

festinata is imitatus est ((formam vitae, quam Filius Dei accepit, mundum ingressus ut faceret voluntatem Patris, quamque discipulis Ipsum sequentibus proposuit» (cfr. *Ibid.).* Etiam iuvenilis aetatis habita ratione Servi Dei Pii a S. Aloisio, clerici professi Congregationis Passionis, homines huius temporis monitum debent animadvertere Apostoli : ((Nemo adulescentiam tuam contemnat ; sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate» *(1 Tim* 4, 12).

Servus Dei natus est die 29 mensis Aprilis a. 1868 in loco *Trebbio,* pago posito intra fines municipii *Poggio Perni* et dioecesis Ariminensis, quartus sex filiorum coniugum Iosephi Campidelli et Philomenae Belpani, eodemque die est baptizatus, nominibus sumptis Aloisio Nazareno Francisco, in ecclesia paroeciali S. Andreae Apostoli oppidi *Poggio B emi.*

Die 9 mensis Februarii anno 1873 sacramentum Confirmationis accepit et die 9 mensis Iunii anno 1878, sollemnitate Pentecostes, SS. Eucharistia est primum refectus. Cum sex annos natus patre esset orbatus, christiane est educatus a matre, muliere forti et pia quae, ut familiam aleret, perrexit labores agrestes exercere, in quos vir eius colonus incubuerat.

Prima didicit elementa a cappellano pagi *Trebbio,* A. Bertozzi; deinde publicum ludum frequentavit, bonitate et diligentia eminens. Etsi a puerilibus iocis alienus non erat, malebat tamen assiduus esse in ecclesia altaris administer, et inde domi atque condiscipulis repetere quae Verbi Dei audierat. Ab iis annis iam multum deprecabatur pro peccatorum conversione et ardenter cupiebat S. Aloisium Gonzaga, cuius habebat nomen, imitari.

Cum sacerdotium peteret, noluit parentibus obsequi, qui eum volebant seminarii dioecesani esse alumnum, sed, cognitis sodalibus Congregationis Passionis occasione missionis ad populum, sensit se vocari ut unus eorum esset. Fortiter nonnullis superatis difficultatibus, cum quattuordecim esset annorum receptus est In propinquo recessu Passionistarum S. Mariae Casalensis prope S. Archangelum Romandiolum, ubi novitiatum iniit, veste religiosa sibi induta die 27 mensis Maii a. 1882 et nomine sumpto novo Pio a S. Aloisio. Fuit itaque primus novitius instauratae Provinciae Congregationis Passionis, quae ((S. Maria a Pietate » appellabatur (sedem habens principem Recineti) quaeque iam Ecclesiae dederat S. Gabrielem a Virgine Perdolente.

Magno cum fervore et studio non communi austeram Passioni-

stamm vitam adortus, Servus Dei novitiatum peregit in recessu S. Eutitii, quem S. Paulus a Cruce instituerat apud Sorianum (in finibus provinciae Viterbiensis), sed nequi vit professionem religiosam facere ob defectum aetatis. Reversus ad recessum Casalensem, die 30 mensis Aprilis anno 1884 vota religiosa est professus, tribus communibus votis addito quarto Passionistarum proprio, seu «promovendi pro viribus devotionem Dominicae Passionis iuxta Regulas et Constitutiones Congregationis ».

Inito « curriculo » studiorum litterarum, philosophiae et theologiae tunc praescripto, Servus Dei est nisum virtutum religiosarum persecutus, quem erat in novitiatu aggressus. Exemplar inter fratres sodales verae vitae Passionistarum secundum tum integram Regulam S. Pauli a Cruce, cum gaudio et animi motu statuit tantummodo sui status perfectionem consequi. Humilis et in Deo defixus, promptus ad chorum diurnum et nocturnum, ubi cantu delectabatur, natura donatus modulata voce, assiduus in meditatione Passionis et Dolorum SS. Mariae Virginis, praecipue Eucharistia firmabatur et oblectabatur, quam angelico cum fervore accipiebat et adorabat. Consilia evangelica coluit aequa nec remissa ratione. Ob castitatem fuit «angelicus» in modestia laeta et sincera; unde saepe comparatus est cum S. Aloisio Gonzaga, a baptismate Patrono suo, cum S. Ioanne Berchmans et cum S. Gabriele a Virgine Perdolente, fratre suo sodali. Oboedientia assimulatus est Christo «facto oboedienti usque ad mortem crucis» (cfr. *Phil* 2, 8), cum candide in superioribus ipsam Dei voluntatem videret. Hilare et sine difficultate paupertatem exercuit, eius incommodorum patiens in austeritate disciplinae tunc temporis Passionistarum, et interdum vel necessariis indigens. Temporum rigores toleravit, contentus vestibus tritis. Crebra ieiunia et longas Regulae abstinentias, praeter ceteras communes paenitentias, oppetiit, pro spiritu quarti sui voti similis Christi crucifixi fieri exoptans. Vitam theologicam ostendit vere singularem, tum quod ad fidem Trinitatis, Eucharistiae, Passionis et SS. Mariae Virginis pertinebat, tum quod ad spem, quam explicabat omnium rerum neglectione et Dei conquisitione continua, tum quod ad caritatem ardentissimam erga Summum Bonum, vel in infimis officiis et suavibus fraternis admonitis ostensam.

Ex consueta agendi ratione, etsi in vita regulari cotidiana, cuiusque clerici Passionistae propria, liquido apparuit tali virtutum exercitio Servum Dei nituisse sueto et constanti, ut in eadem vita con-

ventuali notae observantiae et austeritatis, ceteros fratres sodales, quamquam integros, manifesto anteiret.

Hac autem virtutum praestantia, quae spectata est septem annis et sex mensibus quibus in Congregatione vixit, Servus Dei est culmen consecutus perfectionis religiosae. Eiusmodi fervore virtutum is se praeparaverat ad sacerdotium, quo tamen indignum se putabat pro sua sincera humilitate. Die 17 mensis Decembris anno 1887, sabbato Quattuor Temporum Adventus, in cathedrali templo Ariminensi quattuor Ordines Minores accepit.

Ad recipiendum subdiaconatum se parabat, cum orta violenta pulmonum phthisis praebuit Servo Dei novas et maiores occasiones virtutum. Quamvis valetudine infirma uteretur, potuerat tamen obire rigidam Passionistarum disciplinam et in ea perseverare per annos suae formationis.

Cum morbus prodiit, qui discriminis initium sumpsit dimidio fere anno 1889, Servus Dei ostendit fortissimam patientiam et perpessionem, quamquam optime intellegebat Deum a se vitae sacrificium poscere. Precationibus reiciebatur et potissimum Eucharistia, quam saepe accipiebat, itaque ex more quietus manebat, nec umquam lamen tabatur, et sancte indulgentias dissimulabat eorum qui eius curam agebant.

In impetu morbi et in febris accessione animadvertens mortem appropinquare, tam fortis fuit, ut sponte sua vitam iuvenilem offerret pro Ecclesia, pro Summo Pontifice Leone XIII, pro conversione peccatorum, pro sua Congregatione et imprimis pro bono regionis suae natalis, dilectae Romandiolae. Hoc modo vitae suae coniungendo sacrificium cum sacrificio Christi, Servus Dei ad verticem pervenit perfectionis christianae et religiosae.

Pluries religionis acceptis solaciis, postridie Kalendas Novembres vesperi anno 1889, iterum S. Viatico refectus, duas ferme horas effuse egit cum Christo et cum imagine SS. Virginis quam manibus tenebat; deinde in caelesti quadam animi defectione ardentes edidit exclamationes de Dei magnitudine, pulchritudine, bonitate et amore deque peccatorum ingratis animis. Horae dodrante elapso per eiusmodi férvidos affectus, novo morbi incursu blande extremum spiritum effudit, nomina Iesu et Mariae ultimum efferens. Sabbatum erat, in quem diem incurrebat Commemoratio Defunctorum; quod prorsus ipse cupiverat, ut statim solacia haberet caelestia copiose.

Eius corpus sepultum est primo in coemeterio loci; deinde, die 18 mensis Iunii anno 1923, translatum est ad ecclesiam Passionistarum S. Mariae Oasalensis, ubi Servus Dei vixerat et mortuus est.

Iugis mansit Dei Servi memoria, simulque efficacia exempli quod is praebuerat vita sua pia et intemerata in saeculo, generosa fidelitate erga vocationem religiosam, plena et inconcussa observantia spiritus Congregationis Passionis secundum exemplum sancti Institutoris, constanti et continuo perfectionis studio usque ad vitae consummationem.

Magna fidelium frequentia, qui translationi eius reliquiarum interfuerant, signum fuit eximium famae sanctitatis Servi Dei, singularibus etiam favoribus et assertis miraculis illustratae.

Hac fama increbrescente instructi sunt, annis 1924-1928, Processus Ordinarii super eadem fama sanctitatis Servi Dei, super scriptis et «non cultu», in Curiis dioecesanis Ariminensi, Uritana et Ostunensi. Die 28 mensis Iulii anno 1928 editum est Decretum «de nulla scriptorum reperitione» et die 5 mensis Ianuarii a. 1938 rite facta est Introductio Causae.

Processus Apostolici instructi sunt in Curiis Ariminensi, Tarentina et Firmana annis 1939-1941. Decretum de validitate Processuum, promulgatum a Sacra id temporis Eituum Congregatione, datum est die 13 mensis Aprilis anno 1945. Confecta «Positione super virtutibus», die 4 mensis Maii anno 1982 convenit Congressus Peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo de heroicitate virtutum Servi Dei Patres Consultores et Officiales Praelati eiusdem Sacrae Congregationis disceptarunt. Die 26 Ianuarii a. 1983 habita est Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium in qua, ponente seu relatore Rev.mo Mario Aloisio Ciappi, iterum est discussum utrum Servus Dei virtutes christianas heroum in modum exercuisse. De favorabili autem utriusque Coetus exitu disceptationis certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 8 mensis subsequentis Februarii, per subscriptum Cardinalem Praefectum; et Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus praedicti Servi Dei rite appararetur.

Quod cum factum esset, Summus idem Pontifex hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto et Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in*

proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Pii a S. Aloisio, clerici professi Congregationis Passionis Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Martii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, 3 Giugno 1983, S. E. il Signor **BOUTROS BOUTROS GHALI**, Ministro di Stato per gli Affari Esteri della Repubblica Araba d'Egitto.

Sabato, 11 Giugno 1983, l'Onorevole **JAMES BOLGER**, Ministro del Lavoro in Nuova Zelanda e Presidente della Conferenza Internazionale del Lavoro.

Martedì, 14 Giugno 1983, S. E. il Signor **JUNIUS JAYEWARDENE**, Presidente della Repubblica di Sri Lanka.

Lunedì, 27 Giugno, S. A. Em.ma Fra' **ANGELO DE MOJANA DI COLOGNA**, Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.

Giovedì, 9 Giugno 1983, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Giovedì, 9 Giugno 1983, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto la riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei sacri Dicasteri della Curia Romana.

Da Giovedì 16 Giugno a Giovedì 23 Giugno 1983, il Santo Padre ¡si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Polonia, sostando a Varsavia, Niepokalanów, Czestochowa, Poznan, Katowice, Wroclaw, Gòra .Sw. Anny, Cracovia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

27 giugno 1983. Mons. Clemente Faccani, Arcivescovo tit. eletto di Serra, *Pro-Nunzio Apostolico in Kenya.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

26 aprile 1983. Le LL. EE. Mons. Alois Wagner, Vescovo tit. di Siccenna, Vice Presidente del Pontificio Consiglio «Cor Unum»; Mons. Francisco José Cox Huneeus, Vescovo già di Chillan, Segretario del Pontificio Consiglio per la Famiglia; P. Marcello Zago, O.M.I., Segretario del Segretariato per i non Cristiani; P. Jordán Gallego Salvadores, O.P., Segretario del Segretariato per i non credenti, *Membri della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

4 maggio » Le LL. EE. Mons. Mario Brini, Arcivescovo titolare di Algiza ; Mons. Fiorino Tagliaferri, Vescovo già di Cremona; Mons. Egidio Caporello, Vescovo tit. di Caorle; il sac. Julian Herranz; P. José Castano, O.P.; P. F. Javier Urrutia, S.I.; il Prof. Giorgio Feliciani ; 1'Avv. Giorgio Fermanelli, *Consultori delia Sacra Congregazione per i Vescovi.*

7 » » P. Marcello Zago, O.M.I., Segretario del Segretariato per i non Cristiani, *Consultore del Segretariato per i non credenti.*

9 » » Mons. Giovanni Ceirano, *Rappresentante Permanente della Santa Sede presso VAgenzia Internazionale dell'Energia Atomica, e Osservatore Permanente della Santa Sede presso l'Organizzazione delle Nazioni Unite per lo Sviluppo Industriale.*

17 » » Mons. Antonio Casazza, *Capo Ufficio della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

23 » » L'Em.mo Signor Cardinale Sergio Guerri, *Membro della Commissione Cardinalizia preposta all'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

26 » » L'Em.mo Signor Cardinale William Wakefield Baum, *Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per i Laici.*

27 » » S. E. Mons. Raymond Etteldorf, Arcivescovo tit. di Tindari, *Consultore della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

28 » » S. E. Mons. Raymond Etteldorf, Arcivescovo tit. di Tindari, *Consultore del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

31 » » P. Pierre Duprey, P.A., *Consultore della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

14 giugno » P. Marino Maccarelli, O.S.M., *Promotore di Giustizia della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

Protonotarii) Apostolico soprannumerario:

12 aprile 1983. Mons. Domenico Mercurio (Monreale).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

11 marzo 1983. Mons. Hermann Bauer (Bamberg).
» » » Mons. Walter Schirmer (Bamberg).
29 » » Mons. Luigi Skerl (Trieste).
8 aprile » Mons. Angelo Onorato (Cefalù).
12 » » Mons. Stefano Giordano (Monreale).
» » » Mons. Giovanni Cucci (Monreale).
» » » Mons. Francesco Sparacio (Monreale).
19 » » Mons. Benjamin Almoneda (Caceres).
25 » » Mons. Paolo Romeo (Acireale).
» » » Mons. Antonio Maria Vegliò (Pesaro).
30 » » Mons. Paul Grichting (Sion).

Cappellani dì Sua Santità:

12 aprile 1983. Il sac. Fortunato Cina (Monreale).
» » » Il sac. Francesco Cipolla (Monreale).
» » » Il sac. Leonardo La Rocca (Monreale).
» » » Il sac. Giuseppe Governanti (Monreale).
19 » » Il sac. Francesco Padilla (Cebú).
22 » » Il sac. Wladyslaw Curzydlo (Krakow).
» » » Il sac. Antoni Siuda (Krakow).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 marzo 1983. Al sig. Eduardo Bellia *(Italia).*
» » ». Al sig. Ugo Tonini *(Italia).*
» » . » Al sig. Giuseppe Capizzano *(Italia).*
» » » Al sig. Giovanni Fantesini *(Italia).*
» » » Al sig. P. Vittorio Piazzalunga *(Italia).*
29 » » Al sig. Vincenzo Bennici (Roma).
10 maggio » Al sig. Atef Danial *(Svizzera).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 marzo 1983. Al sig. Franco Salvatori *(Italia).*
» » » Al sig. Franco Pignalosa *(Italia).*

16 marzo 1983. Al sig. Ennio Frentano *(Italia).*
» » » Al sig. Salvatore Nappi *(Italia).*
» » » Al sig. Ezio Oolbertaldo *(Italia).*
» » » Al sig. Vittorio Gioia *(Italia).*
» » » Al sig. Emilio Bellazecca *(Italia)*
9 aprile » Al sig. Giuseppe Flamini *(Italia).*
22 » » Al sig. Antonio Moretti (Arezzo).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa.

16 marzo 1983. Al sig. Francesco Lapreta *(Italia).*
» » » Al sig. Vincenzo Angeli *(Italia).*
» » » Al sig. Giuliano Consoli *(Italia).*
» » » Al sig. Armando Verna *(Italia).*
» » » Al sig. G. Carlo De Marchis *(Italia).*
» » » Al sig. Angelo Aurigemma *(Italia).*
» » » Al sig. Pier Giorgio Ramini (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa.

4 marzo 1983. Al sig. Renato Bonari (Siena).
» » Al sig. Mario Anniballi (Roma).
11 Al sig. Josef Schuster (Bamberg).
Al sig. Anton Fichtl (Bamberg).
» Al sig. Franz Bauer (Bamberg).
aprile Al sig. Angelo Onorato (Cefalù).
9 » Al sig. Giovanni Gambetti *(Italia).*
21 » Al sig. Gaetano Mucci (Modena).
22 » Al sig. Alfredo Francioli (Arezzo).

NECROLOGIO

2 giugno 1983. Card. Julio Rosales, del Titolo del S. Cuore di Gesù Agonizzante a Vitinia.
5 » » Mons. Marko Perié, Vescovo di Kotor *(Jugoslavia).*
10 » » Mons. Michael C. O'Neill, Arcivescovo già di Regina *(Canada).*
15 » » Card. Mario Casariego, del Titolo di S. Maria in Aquiro, Arcivescovo di Guatemala *(Guatemala).*
23 » » Mons. Mario Pio Gaspari, Arcivescovo tit. di Numida.
26 » » Card. James Robert Knox, del Titolo di S. Maria in Vallicella.
27 » » Mons. Luis Baldo Riva, Vescovo Prelato di Chuquibamba *(Perú).*
28 » » Mons. Stephen A. Leven, Vescovo già di San Angelo *(Stati Uniti d'America).*
30 » » Mons. Juvenal Porcayo Uribe, Vescovo di Tapachula *(Messico).*

An. et vol. LXXV 1 Augusti 1983 Pars I, N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ACAPULCANAE

In Mexico nova Provincia ecclesiastica Acapulcana constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo maius aliquando fidelibus suis contingeret spiritale commodum, ipsi Sacrorum Antistites Conferentiae Episcopalis Mexicanae sodales huic suaserunt Apostolicae Sedi ut, abstractis nonnullis finibus vastiorum provinciarum ecclesiasticarum Mexicanae et Moreliensis, nova inde constitueretur provincia ecclesiastica, cuius esset in urbe Acapulco nuncupata sedes princeps quaeque eiusdem nominis Ecclesia ad dignitatem eveheretur honoremque sedis metropolitanae. Quod cum Nobis usquequaque arrideat consilium et quandoquidem Venerabilis Prater Hieronymus Prigione archiepiscopus titulo Lauriacensis in natione Mexicana Apostolicus Delegatus idem propositum sibi prorsus probari nuntiavit, idcirco Nos consentientes ceterum iudiciis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum libenter omnino preces ita motas suscipimus remque fieri censemus eandem. Suppleto igitur con-

sensu, quatenus sit illud necesse, omnium quorum interest vel qui sua interesse id existimaverint, statuimus ac decernimus ea singula ut efficiantur quae continuo consequuntur. Acapulcanam sedem episcopalem, rite seiunctam a metropolitana Ecclesia Mexicana, ad fastigium archiepiscopalis metropolitanae Ecclesiae attollimus cui proinde iura et privilegia cuncta conferimus quibus reliquae illius nominis gradusque Ecclesiae ad iuris communis regulam fruuntur. Nova exin constituatur Ecclesiastica Provincia Acapulcana quae ex memorata illa metropolitana consistat Ecclesia necnon dioecesibus : Chilapensi pariter segregata a metropolitana Ecclesia Mexicana et Civitatis Altamirensis quam dioecesim legitime secernimus a metropolitana Ecclesia Moreliensi. Antistitem pro tempore Acapulcanum dignitate augemus archiepiscopali tum etiam gradu ipso Metropolitae iuribusque simul et privilegiis afficimus quae in Ecclesia Catholica sunt secundum canones sacros ceteris Metropolitis, dum aequalibus etiam officiis obstringimus et oneribus cumulamus quibus illi quoque gravantur. Acapulcanum nunc ipsum Episcopum, Venerabilem Fratrem Raphaelem Bello Ruiz promovendus ad archiepiscopalem dignitatem et Metropolitae gradum, quem iuribus pariter exornamus et privilegiis quibus potiuntur alii per orbem Metropolitae, at oneribus similiter nectimus et officiis quibus illi itidem subiacent. Haec denique singula decreta commendamus Venerabili Fratri superius dicto Hieronymo Prigione exsequenda, cui necessarias universas tribuimus facultates, etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, qui haec aequabiliter curet implenda, onere tamen iniuncto ad Sacram Congregationem pro Episcopis transvehendi primo quoque tempore verum exemplum actus ipsius perfectae exsecutionis. Iubemus tandem singula et omnia hisce Apostolicis Nostris Litteris decreta suam plene sortiri vim tam nunc quam in posterum usque tempus, rebus quibusvis haud quaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum die decimo mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. **BAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 107883.

II

RONDONIEN.

In Brasilia Praelatura Rondoniensis in dioecesis formam redigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ab ipsa Ecclesiae historia accepimus rationem, qua Christi grex in dioeceses distributus ab Episcopis regitur Apostolorum successoribus, esse ad **oves** pascendas aptissimam, ideoque expedire, quotiens necessariae et opportunae condiciones id postulent, hanc teneri formam. Quod Nos considerantes Conferentiae Episcopalis Brasiliensis preces libenter exaudivimus, quae a Nobis postulavit ut Praelaturam Rondoniensem, aucto catholicorum numero multiplicatisque religiosis operibus et inceptis, in dioecesis formam redigeremus. Consultis igitur Venerabili Fratre Carolo Furno, Archiepiscopo titulari Abaritano et in Brasilia Apostolico Nuntio, atque Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali Congregationis pro Episcopis Praefecto, suppletoque eorum consensu, quorum intererat, vel sua interesse praesumentium, ex Nostra Apostolica potestate quae sequuntur decernimus. Praelaturam Rondoniensem ad dignitatem dioecesis extollimus, quae posthac Giparanensis appellabitur, finibus servatis, quibus ad hunc diem eadem Praelatura circumscribitur. Novae dioecesis sedem episcopalem collocamus in urbe vulgo Ji-Paranâ nominata, cuius templum ad gradum evehimus cathedralis ecclesiae congruis cum iuribus. Constitutam dioecesim Giparanensem confirmamus suffraganeam metropolitanae Ecclesiae Portus Veteris, eiusque Episcopum, cui honores damus et iura et insignia et privilegia obligationesque imponimus residentialium Antistitum propria, metropoliticae iurisdictioni Archiepiscopi Portus Veteris subdimus. In ea consultores deligantur qui Episcopo auxilio sint, dum canonicorum collegium aliis Apostolicis Litteris instituatur, et mensa episcopalis efficiatur ex Curiae emolumentis, fidelium collationibus et bonis atque possessionibus quae usque ad hoc tempus mensae praelaticiae fuerunt; quod autem pertinet ad seminarium struendum et administrandum normae serventur iuris communis, ratione habita Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius » et regularum Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Qua in re excitentur et summo studio foveantur qui sacer-

dotium petant, quorum inde optimi quique Romam mittantur apud Pontificium Collegium Pium Brasiliense, ut philosophicas et theologicas disciplinas exerceant. Cum dioecesis Giparanensis erit constituta, extemplo clerus, qui Praelaturae fuit, ei incardinatus habeatur. In dioecesis denique regimine et administratione, in electione, sede vacante, Vicarii Capitularis et in aliis id generis rebus, sacrorum canonum praescripta perdiligenter adhibeantur. Haec perficienda delegamus Venerabili Fratri Carolo Furno, quem supra memoravimus, facultatibus factis alium quemlibet legandi, ad effectum de quo agitur, in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis peractae exsecutionis actus exemplar sincerum mittendi. Volumus autem ut hae Litterae Nostrae firmae sint nunc et in posterum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI ffi SEBASTIANUS Card. RAGGIO
a publicis Ecclesiae negotiis *S. Congr. pro Episcopis Praef.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco & Plumbi
In Secret. Status tab., n. 1076J/8.

III

BERTUANAE

In Carnem nia nova constituitur dioecesis, Bertuana nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Gravissimum officium Nostrum esse existimamus maximam insumere operam ut quod Dominus Iesus Christus Apostolos iussit ad caelos ascensurus : « Praedicate Evangelium omni creaturae » *(Me* 16, 15) exsequi possimus. Hinc ad Christum trahere quam plurimos studemus, imprimis regionibus prospiciendo, ubi aut Christus gregem non habet, aut tam pusillum, ut hic multis indigeat Pastoribus ad crescendum. Hac de causa, quo vulgandae evangelicae veritati efficacius consule-

remus, in Oamerunia novam dioecesim constituendam esse statuimus. Consultis igitur Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione gerendis negotiis praesunt, et favente sententia audita quorum intererat, dioecesim condimus Bertuanam appellandam, nomine tracto ex urbe Bertoua; quae, distracta certa parte orientali dioecesis Dumensis, addito titulo Abongensis-Mbangensis, efficietur et circumscribetur finibus territoriorum Civilium vulgo ((Lom et Djerem», « Kädei », Boumbangonko » et « Haut-Nyong » dictorum, ceteris finibus integris manentibus. Novam dioecesim suffraganeam facimus archidioecesi Yaundensi, sedemque eius episcopalem in eiusdem urbis Bertoua ecclesia principi collocamus. Quod autem pertinet ad Episcopi adiutores, dioecesani consultores eligantur, donec per alias Apostolicas Litteras canonicorum collegium constituatur. Has vero Litteras Nostras firmas esse volumus et nunc et in posterum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
8. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 10182',.

IV

MTJR ANG AENSIS

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Nyeriensi, in Kenia, nova dioecesis conditur nomine Murangaensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem aeternam ad gregis dominici salutem praestandam eiusque gubernationem in Kenia certius confirmandam arbitrati essent Venerabiles Fratres eiusdem nationis illius Praesules ipsam dioecesim

Nyeriensem dividi oportere indeque novam excitari ecclesiasticam dicionem, preces hanc in sententiam Apostolicae Sedi moverunt ut rite illud adsequerentur propositum. Qui vero praesunt negotiis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales re mature quidem ponderata exceptisque omnium quorum referebat opinionibus pariter consenserunt propositam partitionem constitutionemque fieri usquequaque debere. Haec ideo quae continuo sequuntur iubemus Nos pro Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine effici in actumque prorsus deduci. Fines regionum civilium in Kenia, quae vulgari sermone Muranga et Kirinyaga appellantur quaeque adhuc ad dioecesim pertinuerunt Nyeriensem, seiungimus Nos a commemorata dioecesi ac novam ex illis creamus communitatem ecclesialem cui in posterum nomen erit dioecesis Murangaensis. Huius dioecesis, quam subici volumus Metropolitanae Ecclesiae Nairobiensi simulque iurisdictioni Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide subiacere, sedem episcopalem ipsa in urbe Muranga defigimus ubi templum Deo dicatum sub titulo Sacratissimi Cordis Iesu ad dignitatem provehimus ecclesiae cathedralis. Quod autem attinet ad omnes et singulas causas institutionis et administrationis huius novi gregis, ad Nostrae huius voluntatis exsecutionem et actorum conservationem, praecipimus ut perquam diligenter obtemperetur statutis iam hac de re normis. Has denique Litteras Apostolicas sive in praesens sive in subsequens tempus omne ratas esse censemus contrariis quibusvis rebus haudquaquam obstantibus.

Daüim Romae apud S. Petrum die septimo decimo mensis Martii anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. **BAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 108010.

V

LUBBOKENSIS

Detractis de dioecesibus Amarillensi et Angeliana certis partibus nova constituitur dioecesis Lubbokensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Monent prudentia et pastoralis usus ut quae Episcopi ex necessitate aut ex opportunitate petunt, attente Nos perspiciamus et, si res ferat, concedamus. Cum igitur Venerabiles Fratres Rufus Matthiesen, Episcopus Amarillensis, et Iosephus Fiorenza, Episcopus Angelianus, audita Conferentia Episcopali Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis, postulavissent ut de utraque dioecesi certis detractis partibus nova constitueretur dioecesis Lubbokensis appellanda, Nos, petitione diligenter considerata, cognita favente sententia Venerabilis Fratris Pii Laghi, Archiepiscopi titularis Maurianensis, in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis Apostolici Delegati, et consilio audito Venerabilium Fratrum Nostrorum Sacrae Congregationis pro Episcopis negotia agentium, preces exaudiendas esse censuimus, fore fisi ut ex concessione catholicorum non mediocre oriretur bonum. Qua re, eorum suppleto consensu quorum intererat vel sua interesse praesumentium, Apostolica usi Nostra potestate, haec quae sequuntur statuimus et decernimus. A dioecesi Amarillensi distrahimus territorium Comitatuum Scurry, Fisher, Stonewall, Jones et Haskell, et novam Hale, Bailey, Cochran, Hockley, Yoakum, Terry, Lynn, Garza, Lamb, Kent, Gaines, Dawson et Borden, et a dioecesi Angeliana territorium Comitatuum Scurry, Fisher, Stonewall, Iones et Haskell, et novam distractis territoriis constituimus dioecesim Lubbokensem appellandam, iisdem circumscriptam finibus, quibus eadem territoria. Novae dioecesis sedem in urbe Lubbock collocamus, quae erit proinde episcopalis dignitatis, et episcopalem cathedram ponimus in ecclesia Domino Nostro Iesu Christo Regi dicata, ibidem posita, quae hac de causa cathedralis erit et insignibus ac privilegiis fruetur eiusmodi ecclesiarum propriis. Lubbokensem dioecesim suffraganeam facimus archidioecesis Sancti Antonii, eiusque pro tempore Episcopum, honoribus, iuribus, privilegiis ornatum et oneribus atque obligationibus obstrictum quibus ceteri

Precisely in the context of the family's mission "to guard, reveal and communicate love", we Bishops are constantly called upon to présent as clearly and faithfully and effectively as possible *the Church's teaching on marriage as a community o f life and love, an indivisible unity, and an indissoluble communion.* And it is up to us to solicit and encourage the collaboration of the whole Church—and also the contribution of other men and women of good will—to support the family

[7] **No. 86.**

in its daily pilgrimage to the Father, to assist it. in its problems and to sustain it in its Christian convictions.

This concerted effort has been amply shown and deserves to be encouraged even more in the question of lawful birth régulation. As I mentioned in *Familiaris Consortio,* the Church notes with satisfaction the results already achieved by scientific research, but feels compelled "to cali with new vigour on the responsibility of all—doctors, experts, marriage counsellors, teachers and married couples—who can actually help married people to live their love with respect for the structure and finalities of the conjugal act which expresses that love".[8] From the pastoral point of view, the personal attention that Bishops devote to assisting couples who are endeavoring to live their human and Christian vocation of married love to the full deserves the profound gratitude and praise of the universal Church. The zeal of the Bishop will always elicit the collaboration and confidence of the ecclesial community.

5. Beaucoup d'autres aspects de la famille requièrent le soutien des évêques et de toute la communauté ecclésiale. Parmi eux, il y la mission et le ministère du couple dans l'éducation de leurs enfants afin qu'ils parviennent à une pleine maturité humaine et chrétienne. Ici encore, il s'agit, pour nous évêques, de proclamer l'identité et la dignité de la vie dans le mariage chrétien. Dans la force de l'Esprit Saint, nous devons aussi éveiller une confiance et une certitude nouvelles dans le peuple confié à nos soins, afin qu'il réalise en lui la grandeur de l'amour conjugal. Nous ne devons pas nous lasser de proclamer que (de mariage chrétien ... est en lui-même un acte liturgique de glorification de Dieu dans le Christ Jésus et dans l'Eglise)).[9]

Enfin, c'est à travers la prière — la prière familiale et celle de toute l'Eglise — que le renouveau du mariage chrétien s'effectuera, et avec lui, pour une grande part, le renouveau, la conversion et I'évangélisation du monde.

Chers et vénérés Frères dans l'épiscopat, plaçons fermement notre confiance dans la puissance du Seigneur ressuscité pour fortifier l'alliance de l'amour conjugal dans cette génération de l'Eglise. Et unissons tous nos efforts pour proclamer de façon toujours plus efficace que cet amour a été racheté, que le mariage chrétien est vraiment le plan du Seigneur pour l'accomplissement de l'homme et que la famille est

[8] **No. 35.**

[9] *Familiaris consortio,* **n. 56.**

pour Dieu la façon particulière ((de garder, révéler et communiquer l'amour ».

Puisse Marie, la mère de Jésus, vous assister dans votre ministère pastoral au service de la famille et emplir vos cœurs de joie profonde et de paix! A travers vous, j'adresse mon salut à tous les fidèles de vos Eglises locales, à votre clergé, aux religieux et aux laïcs, et, en particulier, aux familles chrétiennes. Je bénis spécialement les malades et ceux qui souifrent, et j'assure ceux qui connaissent la solitude de ma proximité dans la prière. A toutes les communautés ecclesiales dont vous êtes les serviteurs, les pasteurs et les messagers de paix, je dis mon affection en Jésus-Christ notre Sauveur !

VIII

Ad Sodales Consilii Secretariae generalis Synodi Episcoporum.*

Dilectissimi Fratres,

1. In postremo conventu vestro Consilii Secretariae Generalis Synodi Episcoporum, in quo lineamenta ((Instrumenti laboris » adumbrastis, vos proposuistis ut specialis haberetur sessio, quae peculiarem in modum impenderetur considerandis quaestionibus internis huius vestri instituti ecclesialis, recentis quidem sed iam usu et exercitatione praediti. In supplementum operis vestri ordinarii eiusmodi laborem suscepistis. Ex animo vobis gratias ago et una vobiscum officialibus eiusdem Secretariae atque peritis, qui diligenti pervestigatione sua praebuerunt amplum fundamentum, in quo deliberatio vestra de munere et muneris functione Synodi Episcoporum inniteretur.

Haec congressio vestra est veluti temporis spatium interpositum ab operario, qui, postquam partem laboris implevit, paulum consistit ut de causis recogitet, quibus est motus, et ut animum colligat ad opus pergendum. Synodus Episcoporum effloruit e fecunda quasi humo Concilii Vaticani Secundi, sole est collustrata a Paulo VI, Decessore meo, quo erat ingenio sagaci et sollerti, prioresque fructus edere coepit ex quo primus coetus ordinarius anno millesimo nongentesimo sexagesimo septimo habitus est in ipso loco, quo nunc sumus. Exinde Synodus Episcoporum, statis temporibus congregata, interdum vero etiam alium modum conventus agendi temptans, plurimum contulit ad exsequendas, in vita Ecclesiae universae, doctrinas ac normas directorias Concilii

* Die 30 m. Aprilis a. 1983.

Vaticani Secundi. Ratio, secundum quam Synodus Concilium intellegit, explanat, facta est propemodum via idem interpretandi, ad effectum adducendi, progressione quadam perficiendi.

Consideratis itaque copiosis hisce fructibus, qui iam sunt percepti, atque ipsis facultatibus adulescentis adhuc institutionis Synodi, quae nondum plene sunt enucleatae, par in primis est agere Deo gratias quod ipse indiderit consilium instituendae Synodi eiusque opera adhuc direxerit. At aequum similiter est, nonnullis his transactis annis, diutius rem contemplari secundum facta iam experimenta.

2. Permagna ergo beneficia reddidit Episcoporum Synodus Concilio Vaticano Secundo, quae posthac etiam afferre poterit, dum directoriae Concilii normae ad effectum adducuntur ulteriusque perficiuntur. Huius autem temporis post Concilium peractum experientiae luculenter commonstrant quam egregie Synodi opus exprimat concitatum vitae pastoralis motum in Ecclesia universa.

In congressionibus enim Synodi partes singularum ex omnibus continentibus terris Ecclesiarum sustinentur a delegatis earum pastoribus. Immo iam cum Synodus praeparatur, illae consuluntur Ecclesiae, quae experimenta propriae vitae fidei vicissim exponunt per Episcopos in coetu Synodi. Ibi permutantur similiter indicia seu notitiae rerum necnon consilia et proposita; ac secundum Evangelii praecepta doctrinamque Ecclesiae componuntur universales regulae moderatrices, quae adsensu ipsius Successoris beati Petri comprobatae, redduntur rursus in ipsarum localium Ecclesiarum commodum ut tota Ecclesia servare possit communionem suam in magno varioque numero generum culturae et condicionum vitae. Quo quidem modo etiam Synodus Episcoporum mirifice confirmat illam Ecclesiae naturam ac veritatem, in qua collegium episcopale « quatenus ex multis compositum, varietatem et universalitatem Populi Dei, quatenus vero sub uno capite collectum unitatem gregis Christi exprimit».[1]

Synodus absque dubio instrumentum collegialitatis est ac validum simul elementum communionis, quamvis alia sit ratio atque Concilii Oecumenici. Agitur tamen semper de instrumento efficienti ac tractabili, de instrumento tempestivo ac parato ad omnium Ecclesiarum localium ministerium earumque mutuae coniunctionis. Hic finis et propositum, quod semper pertinet ad Synodum veluti constitutum «stabiliter peculiare sacrorum Antistitum consilium », iam inde ab eius institu-

[1] *Lumen Gentium*, 22.

tione vigebat — haud secus ac Paulus VI in Litteris Apostolicis ((Apostolica sollicitudo » enuntiavit — « ut etiam post Concilium peractum ad christianum populum affluere pergeret larga illa beneficiorum copia, quae Concilii tempore ex arta Nostra cum Episcopis coniunctione feliciter percepta est ». Ut vero usque copiosius eadem beneficia afferre possit Synodus, plurimi interest quo pacto capta a Synodo consilia in solidos effectus convertantur apud unamquamque localem Ecclesiam, ducibus videlicet Episcopis et Conferentiis Episcoporum. Haec proinde post Synodum opera flagitat maximam animi intentionem peculiaremque curam.

3. Porro tota dynamica vis Synodi Episcoporum — sicut et vos praeclare significastis — innititur, ut in fundamento, in recta intellegentia vitaque simul collegialitatis Episcoporum.

Etenim Synodus est ostensio admodum fructuosa efiicacissimumque instrumentum episcopalis collegialitatis, scilicet singularis cuiusque officii seu responsabilitatis Episcoporum circum Ecclesiae Romanae Episcopum.

Synodus vero est aliqua ratio profitendae Episcoporum collegialitatis. Universi enim Ecclesiae Episcopi, capite quidem Romano Episcopo — Petri Successore, qui est ((unitatis... perpetuum ac visibile principium et fundamentum »[2] episcopatus — efficiunt collegium, quod apostolico illi collegio successit, cui praefuit Petrus. Necessitudo autem coniunctionis, qua inter se omnes illi nectuntur, ac sollicitudo eorum de universali Ecclesia ostenduntur maximo modo, quotiescumque episcopi cuncti «cum Petro et sub Petro» in Concilium Oecumenicum congrediuntur. Exstat profecto discrimen necessarium ac proprium — ut patet — inter Concilium ac Synodum; nihilominus Synodus collegialitatem significat ratione prorsus insigni, licet diversa a viis Concilii Oecumenici.

Potissimum demostratur haec collegialitas ipso modo collegiali, quo pastores Ecclesiarum localium sua iudicia proferunt. Cum enim illi — praesertim post congruentem praeparationem communitariam apud proprias Ecclesias et collegialem apud suas episcopales Conferentias (cum conscientia suorum officiorum erga proprias communitates at etiam cum cura totius Ecclesiae) communiter testificantur fidem fideique vitam, sententia eorum — si morali consensione est una — prae

[2] ***Lumen Gentium,* 23**

se fert pondus ecclesiale peculiaris generis, quod alicuius voti consultivi rationem simpliciter formalem excedit.

Vigor Synodi revera pendet ex magnitudine diligentiae, qua praeparata est inter communitates ecclesiales Conferentiasque episcopales; quanto melius geritur collegialitas inter Episcopos concreto modo — dum communio exprimitur intra singulas Ecclesias —, tanto maiores utilitates esse possunt, quas illi congressioni Synodi afferunt. Pastorum collegialitatis exercitatio in Synodo mutua permutatio fit, quae prodest etiam ipsi communioni tam pastorum inter se quam fidelium, ac proficit tandem altiori usque et magis organicae unitati Ecclesiae. Deservit igitur Synodus ecclesiali communioni, quae aliud nihil est nisi ipsa Ecclesiae unitas secundum suam dynamicam rationem.

Intra Ecclesiae mysterium omnia elementa suum obtinent locum suumque officium. Munus ideo Pontificis Romani alte eum inserit in Episcoporum collegium tamquam cor cardinemque episcopalis communionis; ipsius autem primatus, qui pariter ministerium est ad totius Ecclesiae commodum, obstringit eum vinculis communionis et cooperationis longe maioris. Synodus ipsa facit ut arctus nexus collegialitatis et primatus emineat : opus enim Petri Successoris simul inservit Episcoporum collegialitati, haec vicissim collegialitas effectiva et affectiva Episcoporum adiuvat maxime primatiale ministerium Petrianum.

4. Haud secus atque institutio quaelibet humana, Synodus item Episcoporum etiamnuc crescit poteritque posthac crescere suasque facultates magis explicare, sicut ceteroquin Decessor meus iam praeviderat in Litteris « Apostolica sollicitudo ». Etiam quaedam synodales formae — quamquam prius iam sunt sancitae — nondum tamen congruenter satisque sunt in effectum conversae. Immo vos ipsi inquisivistis in plures varietates ipsius rationis procedendi méthodique servandae necnon in diversa proposita, quae in huius instituti vita adhuc emerserunt. Quod ad me quidem attinet, certi esse potestis de maxima mea aestimatione operis Episcoporum Synodi in Ecclesia atque de plana fiducia, quam habeo super navitate eius ad Ecclesiae universae bonum.

Quibus cum sensibus iterum profiteor me summi facere opera vestra, in quae Benedictionem Dei omnipotentis devoco praesidiumque Mariae Matris Ecclesiae.

IX

Ad quosdam Zairenses episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Cher s Frères dans Vépiseopat,

1. Cette réunion fraternelle marque l'un des sommets de votre visite «ad Limina». Pour ma part, je suis très heureux de vous accueillir tous ensemble. Je remercie votre interprète, Mgr Kabanga Songasonga, des sentiments de confiance qu'il m'a exprimés, et je vous remercie tous de ces dialogues francs et ouverts que vous avez déjà eus avec moi et, j'espère, avec les Dicastères, au cours de ces journées romaines. J'essaie d'avoir bien présents à l'esprit les signes d'espérance et les problèmes de vos seize diocèses des provinces de Lubumbashi et de Kananga. J'en ai déjà abordé un certain nombre avec vos confrères qui vous ont précédés. Aujourd'hui, il me paraît opportun de consacrer une réflexion plus approfondie à l'un des problèmes clés que votre Conférence m'a d'ailleurs soumis comme prioritaire : celui de la « théologie africaine », c'est-à-dire de la contribution africaine à la recherche théologique.

2. Dans ses aspects généraux, du reste, ce problème n'est pas nouveau pour l'Eglise. Les premiers chapitres du Livre des Actes montrent bien comment Pierre et les autres apôtres ont d'abord vécu en symbiose avec l'atmosphère juive de Jérusalem. Mais bientôt s'est posée à eux la question des Hellénistes, c'est-à-dire des disciples — juifs ou païens — qui étaient de culture grecque. Deux siècles ne s'étaient pas écoulés que naissait une troisième forme de « chrétienté », les Eglises latines. Pendant des siècles ont ainsi cohabité des Eglises judéo-chrétiennes, des Eglises orientales et des Eglises latines. Cette diversité a parfois été accentuée jusqu'à des tensions et des schismes. Il n'empêche que la coexistence de ces diverses Eglises reste la manifestation la plus typique et à bien des égards la plus exemplaire d'un légitime pluralisme dans le culte, la discipline, les expressions théologiques, ainsi que l'indique le décret *Unitatis redintegratio* du deuxième Concile du Vatican.[1]

*** Die 30 m. Aprilis a. 1983.**

[1] **Cf. nn. 14-18.**

3. Deux traits caractérisent l'unité des Eglises locales répandues à travers le monde : leur fidélité au Christ Fondateur, et leur structure hiérarchique, qui assurent à la fois la continuité avec le Christ et la communication entre les Eglises particulières.

Quand on songe aux liens de nos assemblées chrétiennes avec le Seigneur Jésus, on en revient toujours aux paroles essentielles de l'Evangile. En quelque rite qu'ils célèbrent l'Eucharistie, les évêques et les prêtres rappellent, après la consécration, les paroles de Jésus à la dernière Cène : ((Hoc tacite in meam commemorationem » .[2] Et d'une façon plus générale, la mission de l'Eglise se résume dans les dernières directives du Christ aux Onze : « Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis».[3] On trouve ici les trois conditions essentielles de la présence perpétuelle du Seigneur («et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus ... ») : une foi commune, une vie sacramentaire inaugurée par le baptême, un programme de vie centré sur les exigences de la foi.

Nous rencontrons ici en même temps les données qui viennent de la foi, de la culture et de l'histoire. La distinction de ces trois niveaux est certes nécessaire à qui veut étudier de près l'inculturation de la vie chrétienne. Il n'en reste pas moins que, dans ses origines, le christianisme dépend de ces trois éléments étroitement unis.

4. C'est encore dans la perspective de l'apostolicité que je voudrais insister sur une autre condition du pluralisme légitime : celle du caractère hiérarchique de l'Eglise du Christ, d'où découle un rôle fondamental de la hiérarchie dans sa double mission de magistère et de sacerdoce. Il est évident que tous les chrétiens d'Afrique ne participent pas de la même manière à l'élaboration d'une théologie. De même, il faut écarter vigoureusement l'idée que vis-à-vis des ministères et des sacrements, tous les membres des communautés chrétiennes ont les mêmes responsabilités et les mêmes pouvoirs. Dès l'époque apostolique, l'Eglise apparaît comme structurée ; à côté des fidèles, il y a les *apostoli,* les *viri apostolici,* avec leurs successeurs les évêques, les prêtres, les diacres. Aussi bien dans la prédication et la pastorale que dans le service eucharistique, les fonctions sont diverses. Il ne s'agit pas de domi nation, mais de service, d'une mission toute spéciale qui assure la

[2] ***Le* 22, 19.**

[3] ***Mt* 28, 19-20.**

présence du Seigneur Jésus auprès d'un groupe de fidèles, mais aussi qui fonde la communauté de toutes les Eglises locales dans l'Eglise unique et parfaite qui est l'Epouse du Christ.

Il fut peut-être un temps où certains ont insisté trop exclusivement sur l'autorité du magistère dans l'organisme de la vie de la foi. Le deuxième Concile du Vatican a mis justement en évidence le fait que la compréhension de la Révélation s'accroît non seulement par « la prédication de ceux qui, avec la succession episcopale, ont reçu un charisme qui certifie la vérité », mais aussi par « la contemplation et l'étude des croyants» et « l'intime intelligence des réalités spirituelles dont ils font l'expérience » . [4] De leur côté, les théologiens se sont vu reconnaître une place importante dans l'Eglise. Ils sont les « coadjuteurs » formels du magistère, notamment dans l'approche des questions nouvelles, dans l'approfondissement technique de l'étude des sources de la foi. Il n'en reste pas moins que seuls le Pape et le Collège episcopal sont les organes du magistère et que ce magistère ne se délègue pas.[5]

Dans le jaillissement de la vie, dans le bouillonnement de la recherche intellectuelle comme dans les réflexions sociologiques sur l'inculturation de la foi, bien des idées peuvent s'exprimer, bien des expériences peuvent être tentées. Mais n'oubliez pas que c'est à vous, les évêques, en union avec le successeur de Pierre, qu'il revient de juger en dernier ressort de l'authenticité chrétienne des idées et des expériences. Le charisme de notre ordination entre ici en jeu, car nous sommes Docteurs et Pères dans la foi. Un des critères de votre jugement sera d'ailleurs la possibilité de communiquer avec les autres Eglises locales. Légitimement fiers de votre spécificité africaine, vous n'en avez pas moins le devoir d'échanger au sujet de vos expressions et de vos modes de vie avec les autres communautés chrétiennes. Ce faisant, vous êtes les garants de l'unité de l'Eglise, et vous contribuez à un enrichissement réciproque.

5. Si certaines manières de comprendre le *sensus fidelium* rappelé par le deuxième Concile du Vatican ont pu être abusives, il en a été de même pour le sacerdoce commun des fidèles. Reprenant les termes de la première Lettre de Pierre, le Concile a déclaré que le peuple de Dieu forme une communauté sacerdotale et royale. Il n'en a pas moins mar-

[4] ***Dei Verbum,*** **n. 8.**

[5] **Cf. Paul VI, discours à la Commission Théologique Internationale, 6 octobre 1969, *AAS* 61 (1969), 714.**

qué aussi toute la différence entre le sacerdoce ministériel et le sacerdoce commun. Pour célébrer l'Eucharistie, pour pardonner les péchés, pour assurer la plénitude de la vie sacramentelle, les ordinations sont nécessaires. Le Christ a choisi les Douze et leur a donné des pouvoirs spécifiques. Je l'ai encore rappelé dans la lettre adressée pour le Jeudi saint de cette année à tous les. prêtres.[6] En suivant les directives du Christ, les apôtres ont organisé des ministères pourvus de responsabilités et de pouvoirs bien précis. Certains ont malheureusement oublié ces éléments capitaux de la foi dans les années qui suivirent le Concile. Rapidement quelques théologiens ont prétendu ((remodeler» les ministères. Mais, qui ne le voit? Un ministre désigné par la communauté, ou comme on le dit parfois par la « base », ne peut être le légitime collaborateur des évêques et des prêtres. Il ne se rattache pas à la vénérable tradition apostolique qui de nous aux Douze puis au Seigneur marque la persistance historique de l'imposition des mains pour la communication de l'Esprit du Christ.

6. Toutes ces remarques ne veulent avoir rien de négatif. Il s'agit de poser les fondements valables d'une authentique contribution africaine à la recherche théologique, de rechercher les conditions auxquelles l'inculturation africaine du christianisme — dont vous êtes légitimement soucieux — sera fructueuse et bénéfique. Il n'y va pas seulement de la vie chrétienne de l'Afrique, il s'agit aussi d'enrichir l'Eglise tout entière par de nouvelles approches des mystères de Dieu comme par un progrès spirituel et moral montrant toutes les exigences chrétiennes dans l'action.

Quelles sont donc les grandes tâches qui attendent la ((théologie africaine »? Lorsqu'on examine les livres et les articles déjà publiés à ce sujet, ou encore les motions de telle ou telle réunion, on s'aperçoit que deux grandes voies de réflexion lui sont ouvertes : une réflexion doctrinale sur l'identité africaine, et une lecture des données fondamentales du christianisme.

En ce qui concerne le problème de l'identité africaine, on a déjà vu paraître des ouvrages documentés sur l'être, la personnalité, la liberté, la conception du monde dans différentes ethnies. Ces livres soulignent ce qu'il y a de propre à chacune de ces ethnies et ce qui leur est commun. Cet aspect de synthèse se renforce encore quand on parcourt des ouvrages concernant la ((philosophie de l'Afrique». Le risque en ce

[6] Cf. *L'Osservatore Romano,* 28-29 mars 1983.

domaine est de se renfermer sur soi-même. Mais l'épiscopat zaïrois a su guider ses théologiens, prêtres et laïcs, dans les voies d'une juste collaboration avec des centres d'études d'autres pays.

C'est à partir de ce genre de synthèse que vous allez vous retrouver, vous et vos fidèles, dans la situation de toutes les cultures. Il y a place ici pour bien des positions doctrinales différentes et plus ou moins légitimes. Vous êtes certainement conscients d'un danger : celui de laisser se constituer une philosophie et une théologie de 1'« africanité » qui seraient uniquement autochtones et dépourvues de lien réel et profond avec le Christ; et dans ce cas, le christianisme ne serait plus qu'une référence verbale, un élément artificiellement surajouté. L'Europe médiévale a connu elle aussi des Aristoléliciens qui n'avaient plus de chrétien que le nom, comme par exemple les Averroïstes que saint Thomas d'Aquin et saint Bonaventure ont dû combattre avec vigueur. A l'époque actuelle, on peut percevoir le même danger dans les tentatives faites pour constituer un hégélianisme ou un marxisme prétendument chrétiens.

Il est bien vrai qu'((au pluralisme de recherche et de pensée, qui explore et expose le dogme de façons variées, mais sans en éliminer l'identique signification objective », est reconnu ((un droit de cité légitime dans l'Eglise, en tant que composante naturelle de sa catholicité, et signe de la richesse culturelle et de l'engagement personnel de tous ceux qui en font partie».[7] Mais vu le rapport étroit entre la théologie et la foi, un pluralisme théologique qui ne tiendrait pas compte du patrimoine commun de la foi et des bases communes de la pensée humaine qui fondent une réciproque possibilité de compréhension deviendrait dangereux pour l'unité même de la foi : « Ceterum nos omnes fidem accepimus per continuatam planeque constantem traditionem » .[8] D'autre part, comme je l'ai rappelé moi-même aux professeurs et étudiants de *V*Université Pontificale Grégorienne, la recherche théologique doit être conduite avec le discernement nécessaire : « Il y a en effet des optiques, des visées, des langages philosophiques véritablement déficients; il y a des systèmes scientifiques tellement pauvres et clos qu'ils rendent impossible une traduction et une interprétation satisfaisantes de la Parole de Dieu » .[9]

[7] **Paul VI,** ***Exhortation apostolique sur*** *la* ***réconciliation à l'intérieur de l'Eglise, AAS*** **67 (1975), 13.**

[8] **Paul VI, discours de conclusion du Synode des Evêques, *AAS* 66 (1974), 636-637.**

" [9] ***AAS*** **71 (1979), 1543.**

7. Mais autre chose est de transformer le christianisme en ((culturalismo), autre chose est de se servir d'une culture pour retraduire en des mots nouveaux et dans des perspectives nouvelles le donné biblique traditionnel. Dans cette tâche, l'œuvre théologique réalisée en Afrique peut assurément rendre bien des services, à condition qu'à la base de la lecture qu'elle entreprend, il. y ait la Bible, les Conciles, les documents du Magistère connus dans leur authenticité et leur intégralité. C'est en ce sens qu'à la fin du second siècle, saint Irénée soulignait fortement cette source commune et l'enjeu de l'unité: ((Cette prédication qu'elle a reçue et cette foi que nous avons exposée, l'Eglise, tout en restant répandue dans le monde entier, la garde scrupuleusement, comme si elle vivait en une demeure unique ... Ni les Eglises qui ont été fondées en Germanie, ou en Hibérie, ou chez les Celtes, ni celles de l'Orient, d'Egypte ou de Libye, ni celles qui sont au milieu du monde (à Jérusalem) ne diffèrent quant à la foi ou à la tradition ».[10] C'est cette fidélité que je recommandais dans mon discours à la Faculté de théologie de Kinshasa comme condition pour promouvoir valablement la recherche et l'enseignement théologiques dans votre pays. Et j'ai appris avec joie qu'actuellement, beaucoup de colloques théologiques organisés dans une perspective africaine réservent une place de choix à la Révélation, dans ses expressions bibliques et ecclesiales.

8. A la lumière de ces réflexions générales, bien d'autres problèmes concrets peuvent encore retenir notre attention, par exemple ceux de la famille chrétienne, ceux de la justice au plan des structures communautaires, du développeent et du progrès économique. Je pense aussi à I'évangélisation et à la fidélité chrétienne des milieux intellectuels et dirigeants qui vous préoccupent à bon droit. Et par ailleurs vous me parlez souvent des sectes qui entament ici ou là l'unité catholique, ce qui semblerait souligner, entre autres, la nécessité d'une foi plus mûre, plus réfléchie, plus vivante et surtout plus consciente de la nécessaire référence apostolique.

Toute cette œuvre pastorale requiert une grande unité entre tous les évêques du Zaïre. Pour ma part, sachez que j'encourage de tout cœur les efforts méritoires et concertés que vous faites quotidiennement pour instruire le peuple de Dieu et le guider vers la sainteté, pour soutenir le zèle pastoral, le discernement et la vie spirituelle de vos prêtres.

[10] Cf. *Adversus haereses, PG* 7, pp. 550-554.

Que ceux-ci se consacrent totalement à ce qui est spécifique de leur ministère sacerdotal, sans participer directement à la politique qui relève des laïcs. Avec eux, continuez à former les laïcs à leurs diverses responsabilités ecclesiales et sociales; entraînez les uns et les autres dans la démarche de conversion et de pénitence mise en relief par l'Année sainte de la Rédemption, et fortifiez-les tous dans l'espérance que le mystère de Pâques nous a ouverte. Je continuerai à porter vos intentions auprès du Seigneur et de sa sainte Mère. Et je recommande à votre prière le ministère qui m'a été confié pour l'unité et la fidélité de toute l'Eglise. De tout cœur, je vous bénis et je vous demande de transmettre ma cordiale Bénédiction Apostolique à chacune de vos communautés chrétiennes.

X

Ad Exc.mum Virum Ñuño Aguirre de Career y López de Sagredo, Hispaniae apud Sanctam Sedem constitutum Legatum, crediti sibi muneris testes Litteras Summo Pontifici tradentem.*

Señor Embajador :

1. Deseo agradecerle ante todo las nobles expresiones con las que, al recordar la misión llevada a cabo con tan alta competencia por su predecesor, manifiesta el propósito de consagrar los mejores desvelos al logro de los objetivos en los que su País y la Santa Sede encuentran un amplio campo de colaboración mutua.

Este momento, en el que Vuestra Excelencia presenta las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de España cerca de la Santa Sede, adquiere un singular significado. Porque la Nación española tiene títulos de especial vinculación con esta Sede Apostólica, no sólo en lo referente a su historia interna, sino que hallan su proyección en esas huellas profundas que ella dejó en tierras del Extremo Oriente, de Africa y particularmente de América. Huellas que tan claramente he ido descubriendo a lo largo de mis viajes apostólicos.

Un nuevo hito en esa vinculación entre el catolicismo de un pueblo y este centro de la Iglesia lo ha marcado mi imborrable visita a España, a finales del año pasado, en el IV Centenario de la muerte de Santa Teresa de Jesús. Viaje que quería ser un homenaje a los valores pro-

* Die 5 m. Maii a. 1983.

fundos de los católicos españoles, un aliento en su camino, un reconocimiento por sus valiosas realizaciones y una mirada hacia el presente y futuro de la Iglesia en España.

2. La sociedad española, no menos que otras, ha experimentado en los últimos lustros no pocas transformaciones, que se repercuten en los más variados campos. Ella quiere caminar hacia metas de siempre mejor convivencia cívica entre los diversos sectores, dentro de una mayor apertura a las sanas aspiraciones de cada persona, grupo social y pueblo, contribuyendo a un ideal de vida, en el que se busque el bien de todos, aun partiendo de la legítima diversidad de visión de ciertas realidades.

Ello implica preservar plenamente la libertad como derecho sagrado e indispensable. Pero a la vez incluye la armonización de la justa libertad propia con la ajena; del propio derecho con el del otro, supeditándolos a las exigencias ciertas del bien común ; del equilibrio entre la necesaria búsqueda del progreso material, con el respeto de los cimientos éticos de toda sociedad verdaderamente humana y con la salvaguardia de las convicciones personales, incluidas las morales y religiosas, junto con sus evidentes repercusiones en la vida social, sin las que aquellas quedarían en la ineficacia. Y todo ello en un clima de respeto a las premisas de la verdadera democracia, que supone la constante referencia a los valores y rectos deseos de los ciudadanos, meta de todo servicio social, para que se garantice la legítima expresión de sus derechos en cada momento.

3. España puede sentirse justamente orgullosa de tantas metas obtenidas en su historia y de tantas realizaciones en campo cultural, que la abieron ampliamente a lo universal.

Pero es un hecho que sus mejores logros estaban informados por una idea de servicio al hombre integral, en sus vertientes humana y espiritual, en su dimensión nacional y universal.

En torno a esa concepción del hombre y de la cultura, España se hizo a sí misma y contribuyó poderosamente al nacimiento de Europa y al bien de la humanidad. Sin ello no puede comprenderse la valía profunda de su cultura, así como negarla sería renunciar a una parte esencial de la propia identidad y a las mejores creaciones del alma de su pueblo.

Al rendir este merecido homenaje a su País, Señor Embajador,, deseo expresar la convicción de que también en el presente y en el

futuro se sabrán preservar esas esencias, ese humanismo de corte netamente hispano, que proyecten a este pueblo hacia metas superiores; purificando eventuales lagunas o erores, que lo lleven a una mayor integración de los valores verdaderamente humanos con los espirituales y morales. Sin que nunca se insinúen planteamientos que pudieran empobrecer la riqueza interior de un pueblo.

4. La Iglesia en España y la Santa Sede desean seguir colaborando, en cuanto está en su poder, en todo aquello que contribuya al bien de la sociedad española y consolide esos fundamentos de moralidad y solidaridad que brotan de una recta conciencia, y que están en la base de toda convivencia pacífica y de todo comportamiento social justo y equitativo. Ellas confían a la vez en que podrán hallar, por parte de las Autoridades de la Nación, los cauces apropiados para desplegar su misión en ese recíproco espíritu.

Vuestra Excelencia ha mencionado en concreto el campo de la enseñanza como uno de los susceptibles de mutua y eficaz cooperación. Y, en efecto, la Iglesia atribuye al mismo una gran importancia para la formación de las jóvenes generaciones. Por eso proclama el derecho de los padres de familia a elegir la educación religiosa, moral y humana que corresponde a sus propias convicciones; y a hacerlo en igualdad de condiciones, independientemente del tipo de centro elegido para la educación de sus hijos.

En ello la Iglesia ve una exigencia del derecho que asiste a los padres de familia y aun de aplicación de las implicaciones de la verdadera democracia; y además, del principio de la libertad religiosa comunmente reconocido. Todo lo cual viene finalmente a consolidar la paz social, la convivencia en el justo pluralismo y el papel insustituible e irreemplazable de la familia en la comunidad civil.

Precisamente por este motivo son tan importantes los diversos campos en los que se toca de un modo o de otro la realidad familiar, como los de su cohesión y tutela, del respeto a la nueva vida que brota en el seno de la misma, la promoción y formación de las personas, la convivencia generacional. Aspectos, entre otros, en los que no quiero insistir, pues ya me referí detenidamente a ellos en mi^ encuentro de Madrid con las familias españolas.

o. Señor Embajador: Inicia hoy su nueva y alta misión, que desde ahora le deseo muy fecunda y feliz. Sepa que en el cumplimiento de la

misma podrá contar con mi benévola acogida y con el espíritu de sincera colaboración por parte de la Santa Sede.

Antes de concluir quiero rogarle que agradezca a Su Majestad el Rey las significativas expresiones que me ha hecho llegar, asegurándole mi respetuoso y cordial recuerdo, que extiendo a la Familia Real.

Invocando la protección divina, la paz, solidaridad y bienestar sobre todo el querido pueblo español y sus Autoridades, me complazco en impartir a Vuestra Excelencia, a sus colaboradores y familiares la Bendición Apostólica.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

BENEVENTANAE ET ALIARUM

DECRETUM

De finium mutatione.

Ad uberius nostrae aetatis Christifidelium spirituali bono consulendum atque locorum Antistitum pastoralem actionem efficaciorem reddendam, iuxta normas a Decreto Concilii Oecumenici Vaticani II « Christus Dominus » n. 23 exaratas, consentaneum visum est archidioecesis Beneventanae territorium rectius disponere ut in civili Campaniae regione in unum serveretur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, Divina Providentia Pp. II, auditis locorum Ordinariis quorum interest atque eorum favorabili praehabito consilio, huiusmodi immutationem animarum saluti profuturam censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Sacrae Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur decernit :

Ab Archidioecesi Beneventana separat integrum territorium paroeciarum extantium in municipiis vulgo nuncupatis :

— *Sant'Angelo Limosano, Limosano, Matrice, Campolieto, Monacilioni, San Giovanni in Galdo, Toro, Campodipietra, Jelsi, Gildone, Gercemaggiore, Riccia, Gambatesa, Tufara, Pietracatella, Macchia Valfortore, S. Elia a Pianisi,* quod Archidioecesi Campobassensi-Boianensi unit.

Eidem Beneventanae circumscriptioni adiungit integrum territorium paroeciarum quae extant in municipiis vulgo dictis :

— *Sassinoro,* ab Archidioecesi Campobassensi-Boianensis seiunctum ;

— *San Bartolomeo in (Jaldo,* a dioecesi Lucerina separatum.

Statuit quoque idem Summus Pontifex ut, una cum territorio municipiorum et paroeciarum, ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias illas vel ecclesias illorum municipiorum spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta praefata territoria respicentia, a curia a qua ad curiam dioecesis cui territoria aggreganda sunt tradantur.

Ad clerum vero quod attinet, simul ac praesens decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium legitime detinent, ceteri autem clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium. Uniuscuiusque tamen dioecesis Ordinariis fas est — ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Summus Pontifex deputat Em.mum P. D. Conradum S. R. E. Cardinalem Ursi, Archiepiscopum Neapolitanum atque Conferentiae Episcopalis Campaniae Praesidem, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar peractae executionis actus remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 21 mensis Ianuarii, anno 1983.

B **SEBASTIANUS** Card. **BAGGIO,** *Praefectus*

L. © S.

S Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die IS Aprilis 1983. — Titulari episcopali Ecclesiae Tzernicensi R. D. Iosephum Smej, Vicarium Generalem, quam deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Francisci Kramberger, Episcopi Mariborensis.

die 13 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Calamensi R. D. Iosephum Kvas, e clero archidioecesis Labacensis, vicarium episcopalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aloisii Sustar, Archiepiscopi Labacensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castellijabarensi R. D. Ioannem Miranda Teixeira, e clero dioecesis Portugallensis, Moderatorem Seminarii minoris, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iulii Tavares Rebimbas, Episcopi Portugallensis.

— Cathedrali Ecclesiae Matrisfontis Exc.mum P. D. Iosephum Devine, hactenus Episcopum titularem Volitanum.

die 19 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Baricensi R. D. Valtherum Jansen, parochum Sancti Martini et vicarium foraneum urbis Bonnae, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Höffner, Archiepiscopi Coloniensis.

die 1 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Fuldensi Exc.mum P. D. Iohannem Dyba, hactenus Archiepiscopum titularem Neapolitanum in Proconsulari et Pro-Nuntium Apostolicum in Liberia.

Titulari episcopali Ecclesiae Frequentinae R. D. Iosephum Candolfl, Vicarium Generalem dioecesis Basileensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Othonis Wüst, Episcopi Basileensis.

die 3 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Arlingtonensi, R. D. Ioannem Richardum Keating, Vicarium Generalem archidioecesis Chicagensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Capsensi, R. D. Bernardum Popp, rectorem Ecclesiae cathedralis archidioecesis S. Antonii, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Patricii Flores, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

die 9 Iunii. — Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis Ampuriensi et Templensi, R. D. Petrum Meloni, ex archidioecesi Turritana presbyterum.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Iacobi Ryan, O.F.M., Episcopi Santaremensis, Exc.mum P. D. Linum Vomboemmel, O.F.M., hactenus Episcopum titularem Iuncensem in Byzacena et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die IS Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Irecensi R. D. Edgarium Caritium de Gouveia, e clero Garanhunensi et curionem paroeciae vulgo nuncupatae Rom Conselho in eadem dioecesi.

die 15 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Siopolitanae, R. D. Laurentium Soens, e clero dioecesis Davenportensis.

die 20 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Vicensi Exc.mum P. D. Iosephum Mariam Guix Ferreres, hactenus Episcopum titularem Sistronianensem.

die 21 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Moguntinae R. D. Carolum Lehmann, in Facultate Theologica Universitatis Friburgensis professorem.

die 1 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Serenensi Exc.mum P. D. Bernardinum Pinera Carvallo, olim Episcopum Temucensem, Secretarium Generalem Conferentiae Episcopalis Chiliensis.

die 2 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Toletanae in Brasilia R. D. Lucium Ignatium Baumgärtner, e clero Caxiensi Australi.

die 7 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Iuiuyensi Exc.mum P. D. Arsenium Radulfum Casado, hactenus Episcopum titularem Tacapitanum et Auxiliarem archidioecesis Saltensis.

die 28 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lamdiensi R. D. Balthasaren! Porras Cardozo, rectorem seminarii S. Iosephi vulgo de El Hatillo in urbe Caracensi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Antonii Salas Salas, Archiepiscopi Emeritensis in Venezuela.

die 26 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Cucutensi Exc.mum P. D. Albertum Giraldo Jaramillo, hactenus Episcopum Chiquinquirensem.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

PARISIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Nicolai Barré, sacerdotis professi Ordinis Minimorum, fundatoris Congregationum Sororum a Iesu infante et Sororum a Providentia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Scholae catholicae proprium est « ambitum, spiritu evangelico libertatis et caritatis animatum creare, adolescentes adiuvare ut in propria persona evolvenda una simul crescant secundum novam creaturam quae per baptismum effecti sunt, atque universam culturam humanam ad nuntium salutis postremo ordinare ita ut cognitio quam alumni de mundo, vita et homine gradatim acquirunt, fide illuminetur» (Conc. Vat. II, Decr. *Gravissimum Educationis,* 8).

Hoc sane in constituendis Scholis Caritatis a Iesu Infante harumque collegiis doctorum, atque Sororibus-Magistris Caritatis a Iesu Infante, quae postea distinctae sunt in ((Matronas a Sancto Mauro », iuris pontificii, et « Sorores a Providentia », iuris dioecesani, sibi proposuit Servus Dei P. Nicolaus Barré, sacerdos professus Ordinis Minimorum, cuius causa, apostolico ritu introducta per Decretum diei quinti mensis Aprilis anno 1976, feliciter pervenit ad indicium de heroicitate virtutum theologalium, cardinalium eisque adnexarum.

Evangelizatio per institutionem, et consequens humanus progressus, fundamenta fuerunt consilii, quo Servus Dei mente concepit et perfecit opus tam necessarium et non solum de Ecclesia, verum etiam

de societate Gallica saeculi xvn bene meritum : quod opus nunc quoque floret in quinque continentibus sparsum.

Nicolaus natus est Ambiani, in Picardia (Galliae regione), quinque fratrum primogenitus, die 12 mensis Octobris anno 1621, e piis et industriis coniugibus Ludovico Barré et Antonilla Pelle, qui eum ad sacrum fontem tulerunt baptismum sollemniter recepturum die 17 mensis Decembris eodem anno. In familia formatus diligenti religionis cultrice, educatus ad amorem precationis et frequentationis paroeciae Sancti Germani, congruenter se praeparavit ad cetera sacramenta initiationis christianae, quam vix decennis consummavit voto virginitatis privato, sancti Aloisii Gonzaga secutus exemplum, quod ei ad imitandum proposuerant Patres Societatis Iesu in ephebeo episcopali Sancti Nicolai Ambianensis. Iis enim Patribus moderantibus, peritissimis magistris operam dans, nec minus de eo doctoribus exemplum capientibus, in illo ephebeo alumnus externus scholas frequentavit a grammatica usque ad theologiam.

Decem et novem annos natus, cum sibi deberet genus et proprietatem vitae constituere, cumque praeterea proclivem se esse animadverteret ad consecrationem religiosam et sacerdotalem, quae ipsi esset austera et proximo utilitati et servitio, petiit et impetravit ut Ordinem Minimorum ingrederetur, conditum a rigido et miti sancto Francisco de Paula. Qui sanctus, natione Oalaber, deinde Gallus quodammodo adoptivus factus, quia per quartam saeculi partem usque ad mortem in Gallia vixerat, quo se contulerat ex voluntate Aloisii XI a Valois et ex adhortatione Romani Pontificis Xysti IV, anno 1483, domum suae religionis Ambiani condiderat. Hanc ingressus est iuvenis Nicolaus Barré anno 1640; ut autem ad propriam Minimorum educationem informaretur missus est ad claros conventus Parisienses, qui ex *Nigeon* et *Place Royale* appellabantur. Tantum in religiosa disciplina profecit ut ei, adhuc diacono, munus commissum sit docendi philosophiam; anno post, iam sacerdoti, etiam theologiam; et alumnos erudivit qui porro clarissimis magisteriis honori fuerunt. Pariter Servus Dei merito eximiarum virtutum eminuit et studio sacerdotalis ministerii, tum ad sacramenta, tum ad sacram praedicationem pertinente : quo ad Deum multorum allexit corda, et multas convertit animas, alias autem, praesertim excruciatas, rexit egregie.

Plurimi ad eum veniebant, et vitam consecratam secuti, et sacerdotes curam habentes animarum, eius consiliorum et pastoralium via-

rum appetentes ; unde fama eius large diffusa est, quasi viri Dei, intra et extra moenia urbium ubi habitavit vel ad quas, uti Ambianum, Rotomagum, Lutetiam Parisiorum, oboedientia demigravit.

Sed apostolatus praecipuus et opus potissimum Servi Dei fuerunt institutio et divulgatio Scholarum Caritatis et Sororum-Magistrarum Caritatis : quarum has respectu illarum statuit, et utrasque a Iesu Infante denominavit.

Operis initium fecit in loco *Sotteville*, Rotomagensi suburbano, anno 1662, diu Deo precationibus adhibitis et re attente considerata; illud perfecit in communitatem congregando Mogistras-Sorores, ad eas contiones habendo, eas denique constitutionibus et legibus temperando, quibus earum formatio progressus faciebat et earum muneri accommodabatur. Si Institutum peculiarem habuit formam, tunc temporis propriam et praecipuam in patria sua, in exemplum Instituti Saecularis ante hanc appellationem, hoc effecit Servi Dei perspicacia et prospicientia. Novior etiam et nostrorum temporum praecursoria fuit Scholarum Caritatis digestio, usus vernaculi sermonis in locum sermonis Latini, subsidia technica, atque ratio institutionis simul factae et animi perceptione nisae, necnon disciplina materna ; quae omnia postea in omnibus scholis probata sunt. Alii enim non pauci similium Institutorum religiosorum et scholasticorum auctores ad normas et experientiam se gesserunt, quam P. Nicolaus Barré ostendit, imprimis in Constitutionibus et Legibus, Praeceptis et Consiliis. Ex his praesertim memoria est dignus canonicus Nicolaus Roland, ob consimile Institutum Remis conditum, sed imprimis sanctus Ioannes Baptista de la Salle, qui Nicolaum Barré habuit patrem, consultorem, fautorem efficacissimum ad constituendos tandem Fratres Scholarum Christianarum. Id potissimum favit provehendae populari eruditioni, quod praeceptio gratuita erat. Geminae deinde institutiones scholarum pro operariis proque opificibus, ita, nova ratione, temperatae, ut quaestus viritim dividerentur ; et insuper institutiones scholarum catechismi quae dominicis diebus explicabantur ; earumque quae spectabant ut religio et mores puellarum corruptarum et recenter in bonam viam reversarum foverentur ; denique postmeridianarum pro adultis, effecerunt ut nomen operis Servi Dei eiusque fama sanctitatis increbresceret.

In ambitu vero suae vitae religiosae, sacerdotalis et apostolicae, maximam sibi Nicolaus Barré comparavit famam. Virum fidei, « to-

tum divinum », « totum evangelicum », ((totum apostolicum » eum aequales nominaverunt. Magnos secutus magistros et austeritatem, humilitatem ac caritatem iuxta praecepta Fratribus Minimis a sancto Francisco de Paula, per spiritus et corporis ascesim ipse quoque factus est magister, educator animarum, paedagogus eximius ; vir Dei, totus in eo occupatus se sanctum reddendo et ad fratres promptum, servitium persequens communi provectus humani adiumento longe maius. Servus Dei admirandus est in suis operibus, sed plus etiam in suis virtutibus humanis et christianis, religiosis et sacerdotalibus. Quod ad vitam interiorem attinet, is curavit et expertus est praesentiam «regni Dei», quod «intra vos est» *(Lc* 17, 21). Dicunt eum sic mysteriis quae docebat credidisse, ut ea conspicere videretur. Tanta ducebatur regni caelorum exspectatione et spe, ut huius quodammodo sigillum et loquens et agens impressum haberet. Item in caritate erga Deum et proximos, quae rebus et signis fulgidissimis referta corde eius exundabat, uti ex extremis vocibus apparet, inter varias nominum Iesu et Mariae invocationes : « Volo semper amare». Humillimus, docilis et in omnes beneficus, tantum in virtutibus moralibus profecit, ut inde eius nativa probitas, aequabilitas et sensuum maturitas adeo progressae sint, ut in fervore ascesis et spectati servitii perseveraret, quamvis, verus minimus, se « servum inutilem » Evangelii (cf. *Lc* 17, 17) existimaret.

Venerandus igitur Familiae Dominicanae videtur magister et sedulus auctor, ea praeditus caritate et iustitia qua ((homo concordat legi ordinanti actus omnium virtutum in bonum commune» *(S. Th.,* II-II, 58, 5). Cuius mores si inspicimus, nobis suademus fuisse quemadmodum de sancto Dominico tradit beatus Iordanus de Saxonia: « Inerat ei firma valde mentis aequalitas et placidam interioris hominis compositionem manifesta de foris benignitate prodebat. Ubicumque versaretur sive in via aut in domo semper aedificatoriis affluebat sermonibus, abundabat exemplis, quibus ad amorem Christi saeculive contemptum audientium animi flecterentur. Omnes homines largo excipiebat caritatis sinu, et cum omnes diligeret ab omnibus amabatur. Verus erat paupertatis amator, vilibus utens indumentis, et in cibo simul ac potu modum temperatissimum observabat » *(Libellus de principiis Ordinis Praedicatorum,* nn. 103-104, 107-108).

Fuit namque Hyacinthus Maria Cormier fidelis servus et prudens,

constitutus a Domino super familiam suam, salubri et aequo regimine communiendam. Quem Dominus in gaudium suum vocavit Romae, ad sanctum Clementem, die 17 Decembris, anno 1916, cum Fratres Praedicatores sollemnia agerent ob septies revolutum saeculum ab Apostolica sui confirmatione.

De tanto viro, qui a Pio X sanctus omnibus praedicabatur, Processus ordinarii in Urbe et alibi annis 1935-1938 constructi sunt, ad causam Beatificationis introducendam, cuius decretum latum est die 22 mensis Iunii anno 1945, plurimis antea scriptis re visis. Processus autem apostolici annis 1947-1948 adornati fuerunt. Peculiaris autem super virtutibus factus est Consultorum congressus die 1 Iunii anno 1982 et Patrum Cardinalium coadunatio die 1 Martii anno 1983, relatore Em.mo Domino Mario Aloisio Ciappi. Utrimque amplum datum est suffragium.

De favorabili utriusque disceptationis exitu certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 21 Martii eodem anno, per subscriptum Cardinalem Praefectum; et Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut decretum super Servi Dei virtutibus concinnaretur.

Quod cum rite factum esset, Summus idem Pontifex hodierno die, accitis cardinalibus infrascripto Praefecto et Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servi Dei Hyacinthi Cormier, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii, Anno Domini 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. SB S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Martedì, 23 Agosto 1983, S. E. il Maresciallo **MOBUTU SESE SEKO**, Presidente della Repubblica dello Zaire.

Da Domenica 14 Agosto a Lunedì 15 Agosto 1983, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Lourdes.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici Sua Santità Giovanni Paolo II ha nominato:

30 agosto 1983. S. E. Mons. William Aquin Carew, Arcivescovo titolare di Telde; *Pro-Nunzio Apostolico in Giappone,* S. E. Mons. Nicola Rotunno, Arcivescovo titolare di Minori, *Pro-Nunzio Apostolico in Siria;* Mons. Giovanni Battista Morandini, Arcivescovo titolare eletto di Numida, *Nunzio Apostolico in Rwanda.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

26 aprile 1983. Le LL. EE. Mons. Alois Wagner, Vescovo tit. di Siccenna, Vice Presidente del Pontificio Consiglio « Cor Unum »; Mons. Francisco José Cox Huneeus, Vescovo già di Chillan, Segretario del Pontificio Consiglio per la Famiglia; i Padri Marcello Zago, O. M. I., Segretario del Segretariato per i non Cristiani e Jordán Gallego Salvadores, O.P., Segretario del Segretariato per i non credenti, *Membri « de iure » e « durante munere » della Pontificia Commissione per la pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

25 giugno 1983. Le LL. EE. Mons. Enrico Dias Nogueira, Arcivescovo (ii Braga; Mons. Raffaele Bello Ruiz, Arcivescovo di Acapulco; Mons. Laurindo Guizzardi, Vescovo di Bagé; Mons. Anthony Bevilacqua, Vescovo tit. di Acque Albe di Bizacena; i Padri Jean Beyer, S.I.; Graziano Tassello, O. S.; Silvano Tornasi, O. S.; Eltin Daly, O. F. M. Cap., *Consultori delia Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

9 luglio » Mons. Eugenio Sbarbaro, Consigliere di Nunziatura nella Delegazione Apostolica negli Stati Uniti d'America, *Osservatore Aggiunto della Santa Sede presso l'Organizzazione degli Stati Americani (O.S.A.).*

6 agosto » S. E. Mons. Emmanuel Milingo, Arcivescovo già di Lusaka, *Delegato Speciale della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

2 aprile 1982. Mons. Francis Rafael López Mercado (Mayagüez).
4 maggio » Mons. Florentino F. Cinense (Cabanatuan).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

23 agosto 1982. Mons. Maximilian Hollnsteiner (Linz).
30 » » Mons. Víctor Tamayo (Barranquilla).
13 novembre » Mons. Giovanni Rutigliano (Terlizzi).
9 dicembre » Mons. Ioannes Zimolin (Gurk).
» » Mons. Ioannes Hornböck (Gurk).
19 marzo 1983. Mons. John Joachim (Gurk).
» » » Mons. Francis Lawrence Flynn (Nelson).
3 maggio » Mons. Józef Maika (Wrociaw).
4 » » Mons. Lamberto M. Bundoc (Cabanatuan).
» » » Mons. Luciano Yosuico Gueco (Cabanatuan).
11 Mons. Luigi Maioli (Urbanía).
14 » » Mons. Marco A. Castro Gómez (Bogotá).
» » » Mons. Alvaro Fandiño Franky (Bogotá).
» » » Mons. Alvaro Ortiz Carrillo (Bogotá).
» » » Mons. Rafael Antonio Ovalle Serrano (Bogotá).
» Mons. Carlos Sánchez Torres (Bogotá).
» » » Mons. Enrique Sarmiento Angulo (Bogotá).
4 giugno » Mons. Franco Biffi (Lugano).
14 » » Mons. Osvaldo Renzi (Terni-Narni).
13 » Mons. Faustino Sainz Muñoz (Madrid).
» » » Mons. Félix del Blanco Prieto (León).
30 » Mons. Vincenzo Tedesco (Nocera de' Pagani).

30 giugno 1983. Mons. Giovanni Luigi Lajolo (Novara).
6 luglio » Mons. Francesco Canalini (Osimo).
» » » Mons. Pietro Biggio (Iglesias).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 dicembre 1982. Al sig. Leopold Speiser (Wien).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

1C giugno 1983. Al sig. Maurice Parat (Versailles).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

16 dicembre 1982. Al sig. Gerhard Egger (Wien).
4 marzo 1983. Al sig. Luigi A vallone (Napoli).
9 maggio » Al sig. Antonio Esposito *(Italia).*
» » » Al sig. Beniamino De Maria (Otranto).
14 » » Al sig. Vincenzo Ferro (Campobasso).
4 giugno » Al sig. Louis Assémat (Pamiers).
20 » Al sig. Vito Terribile Wiel Marin (Padova).
» » » Al sig. Giovanni Borsetti (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

4 febbraio 1983. Al sig. Joseph Vranken (Rotterdam).
25 » » Al sig. Martin 0. Estrella (Manila).
» » » Al sig. Livio Pellegrini (Padova).
7 marzo » Al sig. E. Clemens Theodorus Bischoff (Utrecht).
16 » » Al sig. Laurent van Der Schuerent (Gand).
29 » » Al sig. Herman Joseph Gelissen (Utrecht).
21 aprile » Al sig. René Arnoux (Besançon).
» » » Al sig. André Vielle (Besançon).
28 » » Al sig. Joannes Gottfried Peter Boogaarts (Utrecht)
25 maggio » Al sig. Guy Regnault de la Mothe (Paris).
27 » » Al sig. Giovanni Pesci (Roma).
» » » Al sig. Luciano Sergi (Roma).
» » Al sig. Fulvio Fabbretti (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 giugno 1983. Al sig. Tommaso Rubbi (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 dicembre 1982. Al sig. Wolfang Holzmann (Wien).
29 marzo 1983. Al sig. Joannes De Vroede (Mechelen-Brussel).
» » » Al sig. André Nerinckx (Mechelen-Brussel).
» » » Al sig. Boger Sheen (Mechelen-Brussel).
14 aprile » Al sig. Gianni lotti (Reggio Emilia-Guastalla).
» » » Al sig. Galileo Scorticati (Reggio Emilia-Guastalla).
3 maggio » Al sig. Paride Piselli (Terni-Narni).
30 » » Al sig. Bortolo Pampanin (Belluno).

NECROLOGIO

11 agosto 1983. Mons. Jacques Grent, Vescovo già di Amboina *(Indonesia)*.
12 » » Mons. Heraldo C. Barotto, Vescovo tit. di Ceciri.
14 » » Mons. Wilhelm Cleven, Vescovo tit. di Sasima.
16 » » Mons. Felipe de Jesús Cueto González, Vescovo già di Tlalnepantla.
19 » » Mons. Francis C. Mazzieri, Vescovo già di Ndola.
20 » » Mons. Thomas Ryan, Vescovo già (li Clonfert *(Irlanda)*.
28 » » Mons. Viktor Buric, Arcivescovo già di Rijeka-Senj, Fiume-Segna *(Jugoslavia)*.
» » » Mons. Edward A. McGurkin, Vescovo già di Shinyanga *(Tanzania)*.

An. et vol. LXXV 1 Octobris 1983 Pars I, N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beato Crispino a Viterbio, Laico professo O.F.M. Capuccinorum, Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Laetamini in Domino et exsultate, iusti, et gloriamini, omnes recti corde» *[Ps 81*,11). Profecto, qui Deo ut filii adhaerent, eius se voluntati permittentes, noxis non se commaculant, a rebus abstinent vanis, habent unde, in secundis et adversis, iugiter gaudeant. Quae laetitia, propria quidem cunctorum, qui ad christianarum virtutum fastigium pervenerunt, significantius manifestata est in sancto Francisco Assisiensi, « perfectae laetitiae » praecone, eiusque germano filio spirituali et sectatore studioso, Crispino a Yiterbio, quem primum ex quo Pontificatum inivimus, in Sanctorum Caelitum album referre statuimus.

Eius natale solum fuit Viterbium, urbs rerum gestarum memoriis artisque operibus nobilis, quae tum Patrimonii beati Petri finibus continebatur. Ibi ergo die xui mensis Novembris anno MDCLXVIII in lucem est editus, Petri nomine sibi imposito in sacro baptismate. Parentes eius, Ubaldus Fioretti et Martia, qui labore manuum victum quaeritabant, honestam et admodum piam vitam duxerunt, filios in timore Domini educantes.

In hac domestici convictus sede egregie institutus et ad religionem informatus, puerulus praesertim oboedientia enituit, quam parentibus

volens exhibuit necnon, genitore e vivis erepto, patruo, qui eius curam suscepit. Fulsit etiam in eo singularis cultus, quo beatam Mariam Virginem prosequebatur ; qui admodum crevit, postquam puer quinque annorum, a matre ductus ad sanctuarium, a Quercu appellatum et Viterbio propinquum, Deiparae Virginis est servitio oblatus. Tunc ipse eam in Matrem accepit.

Adulta aetate hanc oblationem quotannis festo die Annuntiationis Domini maxima devotione renovavit, qui per totum vitae cursum beatam Dei Genetricem suavissimo Matris nomine vocavit et ut Dominam et Patronam specialissimam filii in modum et humili obsequio coluit.

Initia litterarum et grammaticae didicit quidem, sed propter egestatem parentum coactus est egredi schola et artem sutoriam, in qua patruus versabatur, exercere ; quam quidem fecit, donec in saeculo vixit.

Se abnegandi studio iam illo tempore captus, noctu, aliis dormientibus, surrexit e lectulo, ut super nudum pavimentum cubaret ; quandoque vero clam in inferius cubiculum descendit, ubi, remotis arbitris, se funibus flagellaret. Ieiunium etiam diligentius servavit ita ut patruus, timens ne adulescens tabesceret macie, maiore cibi portione eum iusserit uti, qua extenuatum corpus reficeret.

Ita, exemplo ad virtutem necessariis civibusque praelucens, Viterbii vitam duxit usque ad aetatem viginti trium fere annorum. Interim vero, divino lumine illustrante, rerum temporalium vanitatem et aeternarum praestantiam altius perspiciens, statuit relinquere saeculum et consilium de capessendo statu religioso secum ipse coepit agitare.

Cupivit quidem vehementer nomen dare instituto, in quo secundum veterum eremitarum morem uni Deo inter labores et austeritates vacaret; cum vero in publica supplicatione, quae Viterbii fiebat ad divinum implorandum auxilium in quadam civitatis necessitate, fortuito vidisset modestiam novitiorum Capuccinorum pie incedentium, deliberavit eorum se aggregare Familiae. Nactus occasionem adventus in urbem Viterbium Praesulis Provinciae, ab eo petiit enixe ut se inter religiosos laicos benigne ascriberet. Quamvis non satis firma candidati valetudo rem dissuadere videretur, tamen idem moderator provincialis eius precibus obsecundavit.

Repugnaverunt autem adulescentis proposito propinqui, imprimis mater, aegre ferens quod filio orbaretur et hic inter Fratres Minores Capuccinos humilem statum laicorum deligeret; obnisi sunt etiam quidam illius Ordinis sodales, maxime superior domus novitiatus, propter infirmitatem corporis, qua is laborare videbatur.

Verumtamen, omnibus huiusmodi difficultatibus divina ope superatis, Petrus voti est compos factus ac die XXII mensis Iulii anno MDCXCIII in Capuccinorum Religionem cooptatus, assumpto nomine Crispini ad honorem S. Orispini, sutorum caelestis Patroni.

Probationis tempus religiosi animi ardore transegit, quo etiam iussus est experimenta dare virium ad sustinenda laboriosa officia fratrum laicorum idonearum. Die demum x x n mensis Iulii anno MDCXCIV summa pietate votorum sponsione se Deo in omne tempus obligavit.

Exinde Orispinus, qui ultimum locum sibi elegit, ministeria demissae menti suae congruentia, variis in Ordinis coenobiis obiit : in domo oppidi Tulphae addictus est coquinae, unde anno MDCXCVII in Urbem est ascitus ut in Romano valetudinario Capuccinorum infirmis deserviret. Cum vero id muneris secum ferre putabatur quiddam honoris, petiit ut ad viliora officia destinaretur. Missus est ergo Albanum, ubi iterum in coquina familiae religiosae ministraret. Quia vero ibi aliquot annos commorans assiduitate ac diligentia in opere faciendo, maxime vero vitae suae exemplis, nominis famam invitus erat adeptus non solum apud vulgus, sed etiam apud primores Ordinis sodales et apud magnates ibidem rusticantes, a generali Moderatore suo flagitavit ut inde devocaretur. Quod cupiverat assecutus, hortum coenobii Montis Rotundi excoluit, deinde Romam reversus, sponte se obtulit ministrum infirmorum fratrum Religionis suae ad Forum Clodii (quod oppidum vulgo «Bracciano» appellatur), qui fere omnes contagiosa febri erant correpti. Crispinus, qua ardebat in proximum caritate, nihil curans de aere insalubri vitaeque propriae spernens periculum, aegrotis tam sollerter assedit ut nemo ex iis gravi morbo illo sit exstinctus. Ipse vero in eum incidit quidem, sed, divina ope adiutus, praeter humanam exspectationem convaluit.

Anno MDCCIX vir humillimus coenobio Urbevetano est assignatus ut munus gereret eleemosynarum collectons ; quod per quadraginta fere annos tam laudabiliter obiit ut fratrum necessitatibus abunde consuleret atque virtutum splendore, praesertim animi candore, suavitate morum, vitae modestia saecularibus acceptissimus esset.

Viam ingressus perfectionis, in mandatis sibi officiis indefesso labore, hilaritate mira versabatur, simulque, quidquid supererai temporis, id in precibus fundendis insumebat. Enituit in eo singulare studium se abnegandi, quo ductus ieiuniis, vigiliis aliisque paenitentiae operibus corpus macerare consueverat. Curae ei etiam fuit ut divinae

et ecclesiasticae legis praecepta Ordinisque regulas accuratissime servaret; quo factum ut ex hac parte sodalibus esset salubre exemplum.

Vir summa vitae integritate et innocentia, paupertatem ita coluit ut Seraphicum Patrem Franciscum aemulari videretur : habitu et pallio utebatur obsoleto et resarto, plerumque ab aliis dimisso; cella eius permodica supellectile erat instructa ipseque in lectulo angustissimo eubabat super tam tenuem culcitam stramineam ut reapse corpus in nudis poneret tabulis. Sed non solum ipse fuit « dominae paupertatis » studiosissima sectator, verum voluit etiam ut sodales, non acervantes pecunias neque de crastino cogitantes, ad tam praecelsam virtutem se conformarent.

Orispinus vere admirabili fuit oboedientia, quippe qui voluntatem suam Deo prorsus permitteret. Qua mente ductus, iussa moderatorum, quos divinae auctoritatis nuntios habebat et impense venerabatur, numquam non laetus excepit promptoque animo est exsecutus. Quin immo non solum eorum praeceptis sed etiam suasionibus alacer obtemperavit eorumque a se intellectam voluntatem, antequam verbis proferatur, opere implevit. Quaecumque ardua et naturae repugnantia, sibi iniuncta, sine ulla haesitatione perfecit neque umquam auditus est de inconsulta aliqua conqueri iussione aut mandati obtendere difficultatem.

Fidei lumine illustratus a teneris annis, nullo non tempore ostendit : ((Christum habitare per fidem in corde ipsius » (cfr. *Eph* 3, 17) ; quapropter, quidquid ad cultum divinum pertinebat, id sedulo est exsecutus atque interdum, interiore quadam motus impulsione, bonitatem Dei exclamando praedicavit vel haec protulit verba : « Credo, Domine, confirma fidem meam!)).

Etsi religiosus laicus erat neque in divinis litteris exercitatus, tamen in Sacra Scriptura se peritissimum praebuit ita ut aliis esset admirationi. Missionarium se sentiens, dum per vicos cursitat montanos ut stipem emendicaret, agrestes, praesertim horis vespertinis, rudimenta fidei docuit magno cum fructu. Plurimi etiam ad eum accedere consueverant, consilium exquisituri.

Erga augustum Eucharistiae Sacramentum summo ac paene inexplicabili ardebat pietate, Iesum, sub specie panis praesentem, saepissime invisens pronusque adorans.

Qui impensissima caritate in Deum et proximum flagrabat, etiam bona temporalia indigentibus pro viribus suppeditavit, imprimis sodalibus atque saecularibus egenis, ostiarios saepe monens, ne mendicos,

coenobii ianuam pulsantes, sine eleemosyna dimitterent. In carcere inclusis praesto fuit estque opitulatus eorumque plures e vinculis liberavit. Solator quoque exstitit aegrotis, quos ad patientiam hortabatur divinaeque voluntatis acceptionem, et, si casus ferebat, ad christianam mortem composuit. Itaque ad pauperem hunc fratrem Capuccinum haec verba Sacrorum Bibliorum possunt transferri : « Oculus fui caeco, et pes claudo; pater eram pauperum» *(Iob* 29, 15 s.).

Crispinus, cum valetudine uteretur in dies infirmiore, die xni mensis Maii anno MDCCXLVIII clam vocatus est in Urbem ne tumultus fieret inter cives Urbevetanos, ibique, plenus annis et meritis, biennio post, die **XIX** mensis Maii, dum Annus celebratur Iubilaeus, pretiosa morte ad sempiternam lucem excessit.

Eius notitia mortis incredibili celeritate quoquoversus est periata ita ut ilico e quavis Urbis regione homines turmatim accurrerent, exanimum corpus visuri. Neque solum vulgares, non solum viri ecclesiastici et religiosarum familiarum sodales, sed etiam optimates eo se effuderunt, manus et pedes illius deosculantes, corollas corpori admoventes, particulas vestis surripientes ; quae quidem vestis est sexies ob nimium animorum fervorem omnis dissecta ita ut toties cadaver nova oportuerit contegi. Praeterea, cum Annus Iubilaeus ageretur, multi etiam peregrini obsequii et pietatis causa accesserunt : quibus omnibus factum ut, Cardinali in Urbe Vicario iubente, corpus humilis discipuli Christi sex dies post obitum iaceret in feretro, et sic votis confertae multitudinis satis fieret. Caeci, claudi, aliis variisque infirmitatibus affecti Crispinum imploraverunt ut deprecatione sua se adiuvaret; quorum plures prodigiali modo ad sanitatem redierunt et Servi Dei «sanctitatem» divulgarunt.

Haec ergo sanctitatis fama, qua permagna fuerat, cum viveret ille, post eius obitum percrebruit in dies ita ut, paucis annis a morte transactis, ordinarii processus de eadem fama sanctitatis et virtutibus et miraculis in Curia Urbevetana et apud tribunal Vicariatus Urbis sint instructi. Qui, anno MDCCLVII ad finem perducti, Sacrae Rituum Congregationi sunt exhibiti. Clemens vero XIII, Decessor Noster, adhibitis sibi precibus obsecundans, anno MDCCLXI decrevit ut causa introduceretur. Apostolicis deinde processibus institutis omnibusque rebus ad iuris normam exquisitis, Pius VI, item Decessor Noster, die **VII** mensis Iulii anno MDCCXCVI lato decreto pronuntiavit Crispinum a Viterbio virtutes théologales, morales ceterasque heroum in modum coluisse. Deinde exercita est quaestio de miraculis, quae eodem Servo

Dei intercedente a Domino patrata esse ferebantur. De quibus postquam rite est disceptatum, Pius VII die xvin mensis Maii anno MDCCCIV edixit de duobus constare.

His igitur omnibus absolutis, idem Summus Pontifex die II mensis Augusti anno MDCCCIV sanxit tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Famuli Dei Crispini a Vi terbio beatificationem ; cuius sollemnia in Vaticana Basilica egregio cultu celebrata sunt die VII mensis Septembris eodem anno.

Cum vero, post decretos Beatorum Caelitum honores, veneratio erga eum confirmaretur atque eiusdem deprecatione nova munera caelestia impetrata esse dicerentur, die xxvni mensis Februarii anno MCMXXIII causa canonizationis est legitime aperta ac deinde ab actoribus proposita sanatio domini Rinaldi Crescia a gravi ulcere varicoso ; in quam rite est inquisitum, eamque Consilium Medicum, a Sacra Cangregatione pro Causis Sanctorum coactum, anno MCMLXXVIII cunctis sensentiis affirmavit praeter naturae vires et leges contigisse. Re in suetis coetibus eiusdem Sacrae Congregationis pertractata, Nos die xni mensis Iulii anno MCMLXXIX ediximus constare de uno miraculo, Beato Crispino a Viterbio intercedente, a Deo patrato, videlicet de praeter modum celeri, perfecta, constanti sanatione domini Rinaldi Crescia ab extenso ulcere varicoso. Habita autem ratione famae signorum, quae eiusdem Beati deprecationi adscribebantur, actores lege alterius miraculi proponendi exemimus. Universis igitur rebus expeditis, Nos in sollemni consistorio, die xxi mensis Maii anno MCMLXXXIII habito, statuimus ut Beatus Crispinus a Viterbio die xx mensis Iunii eodem anno Sanctus palam renuntiaretur. Hoc igitur faustissimo die in Basilica Vaticana, coram S. R. E. Cardinalibus et Romanae Curiae aliisque e regionibus Praesulibus non paucis, necnon sacrorum ministrorum, religiosorum, fidelium multitudine, Nos precibus concessimus Venerabilis Fratris Nostri Petri S. R. E. Cardinalis Palazzini, Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum Praefecti, flagitantis ut Beatus Crispinus a Viterbio a Nobis in Sanctorum album referretur. Qua de causa cunctis Caelitibus prius in adiutorium advocatis divinoque implorato Spiritu, Nos pro munere supremi Ecclesiae universali Pastoris Christique in terris Vicarii, haec tandem pronuntiavimus verba : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum


Fratrum Nostrum consilio, Beatum Crispinum a Viterbio Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti». Quibus vocibus prolatis, item praecepimus ut hae conficerentur Litterae Decretales. Postquam vero gratias Deo una cum astantibus egimus et sermonem habuimus de novi Sancti vita et virtutibus, eius auxilium primi invocavimus atque sacris operari in eiusdem honorem perreximus.

Quapropter omnibus, quae investiganda ac ponderanda fuerant, accuratissime peractis, ea quae supra gesta commemoravimus iam toti Ecclesiae patefacimus, mandantes ut harum Litterarum exemplis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque obsignatis, eadem prorsus fides habeatur, quae his ipsis tribueretur, si quando deinde exhiberentur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesima mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

Ego IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*



Loco £ß Plumbi
In ***Secret. Status, tab., n. 102959.***

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

quibus toti Ordini Fratrum Praedicatorum cultus liturgicus Fratris Ioannis Faesulani, cum titulo « Beati », conceditur.

IOANNES PAULUS PP. II

« Qui RES CHRISTI GERIT, oportet Christo semper adhaereat ».[1] Haec dicere consuescebat Frater Ioannes de Faesulis, cui ob integerrimum vitae institutum atque pulchritudinem paene divinam ab eo pictarum imaginum, maxime Beatae Mariae Virginis, «Beato Angelico» cognomen indiderunt.

Qui Vicchii, in Mugello, abeunte saeculo xiv in lucem prodiit; eique Vido seu Vidolinus est per Baptismum nomen impositum. Cum autem ad vitam religiosam inclinaret, adhuc adolescentulus se petiit Fratribus Praedicatoribus severioris disciplinae annumerari (Observantes dicebantur), qui Faesulis, in coenobio S. Dominici degebant. Religiosi tirocinii rudimenta Cortonae posuit a. MCCCCVHI; ac postea Professionem Faesulis enuntiavit, sumpto nomine ((Fratre Ioanne de Faesulis ».

Tempore autem sublati coenobii ab iis qui a ((Pisana oboedientia» nomen accepere, Frater Ioannes Fulginiam missus est; unde iterum Cortonam petiit. Tandem sacerdotio potitus, post annum MCCCCXVIII Faesulas rediit, ibique et Vicarius electus est, et Priorem egit. Cum autem in coenobium S. Marci, quod erat Florentiae, quodque eo tempore cum Faesulano coniunctum erat, transmigrasset, eius Syndicus, id est Oeconomus, creatus est. Atque dum munera a Fratribus atque Moderatoribus imposita diligentissime obibat, eius egregiae artis fama, pingendi scilicet, late manabat ; quare etiam mandata operum crebriora fiebant et urgentiora.

In iis autem quae primo pinxit, haud sane praetereunda sunt: *Annuntiatio* Cortonensis; *G oronatio B.M.V., in* coenobio Faesulano; *Christi Depositio,* templo SS. Trinitatis, Florentiae, destinata ; quae omnia, si Vasario fidem tribuimus, Sancti vel Angeli manibus depicta esse videbantur.[2] In coenobio autem S. Marci per annos MCCCCXXXVIII-

[1] Cf. GIOBGIO VASARI, *Vite dei più eccellenti pittori, scultori e architetti* I^ ed. Firenze 1550, p. 368.

[2] *Ibid.,* 2a ed. Firenze 1568, p. 360.

MCCCCXLV Frater Ioannes contubernalis fuit S. Antonini Pier otii, coenobii Prioris, qui postea Archiepiscopus Florentinus factus est; atque cellas, conclave Capituli, andrones, porticum, tabulam in altari templi collocandam pingendo ornavit.

Huius autem inaugurationi cum Eugenius IV, Pontifex Maximus, anno MCCCCXLIII in coenobio S. Marci interesset, res animum eius in tantam illius artis admirationem rapuit, ut, anno MCCCCXLV, ad eum, Romam accitum, negotium detulerit cuiusdam aediculae pingendae in templo S. Petri, itemque sacelli decorandi in Vaticanis Aedibus, a SS. Sacramento cognominati : « Erat autem hoc sacellum — ait quidam auctor sine nomine — vere Paradisus, cuius figurae summa gratia et honestate delineabantur ».[3]

Cum autem Frater Ioannes in templo Sancti Petri atque in Vaticanis Aedibus pingeret, Eugenius IV maximam facultatenThabuit non modo egregii artificis admirandae virtutis, sed praesertim Religiosi pietatem, Regulae observantiam, humilem suique immemorem animum plurimi faciendi. Qua re, cum anno MCCCCXLVI vacanti Sedi Florentinae ab eodem Pontifice Pastor providendus esset, officium illud praeclarum piissimo viro proposuit; sed ille munus demisse detrectavit, imparem omnino se reputans; atque, ut dignitas illa Fratri Antonino Pierptio tribueretur, suasit, tamquam viro aptissimo virtute ac doctrina ad eam Sedem administrandam.

Etiam Nicolaus V, Eugenii IV successor, idemque politissimus ac pius humanitatis cultor, eximiam de Fratre Ioanne opinionem habuit : nam <(tantum virum coluit, ac veneratus est, ob eius vitae integritatem et morum excellentiam».[4] Factum est ergo, ut Nicolaus V ei mandaret, anno MCCCCXLVII, ut privatum suum ipsius sacellum udo illito opere exornaret ; quod et ille fecit, acta et gesta Sancti Stephani atque Sancti Laurentii coloribus exprimens, Pontifici quidem morem gerens, in humanistarum placita inclinato, sed nihil de sua arte discedens, quae sane visa est mera oratio picta. Ceterum, anno MCCCCXLIX, eiusdem Summi Pontificis zotheculam decoravit. Tandem, anno MCCCCLIV Romam reversus, die duo de vicesimo mensis Februarii subsequenti anno, in coenobio Sanctae Mariae supra Minervam, morte lumina clausit, post

[3] **Anon. Gaddianus, comm. in D. REDIG DE CAMPOS, *I Palazzi Vaticani,* Bologna 1967, p. 52.**

[4] **LEANDEB ALBERTI, *De Viris illustribus Ordinis Praedicatorum*Bononiae 1517, fol. 252**

vitae curriculum, quod ars praeclara commendat, religiosae humanaeque virtutes etiam magis honestant.

Eius autem corpus est in templo Sanctae Mariae supra Minervam conditum. In mar more vero cum insculpta effigie defuncti tres inscripti sunt tituli, seu elogia, quorum duo numero adstricta, praeconia scilicet eius meritorum. In his Frater Ioannes Venerabilis nomine appellatur; et inducitur tamquam «verus Servulus Dei». Neque id mirum. Nam opinione aequalium fuit ille «homo totius modestiae et vitae religiosae » ;[5] praeterea « floruit et multis etiam virtutibus idem / ingenio mitis religione probus».[6] Ad haec, «fuit vir sanctitate conspicuus » .[7] Ceteroquin, Vasarius, qui in urbe Florentia plura de eius vita intemerata collegit, persuasum habuit gratiam illam atque caelestem indolem, quae e sacris illius figuris manaret — nam alia non edidit — fructum fuisse summae illius convenientiae, qua in eo vita sancta atque creatrix virtus inter se coirent. Profecto haec una causa est, cur cognomen habuerit «Angelicum», vir sane in arte prope singularis atque cum nullo comparandus. Iure quidem, utpote qui, ad Pii PP. XII sententiam, cum arte serenam et austeram ascesim coniunxerit, quam generosae virtutes, rerum divinarum contemplatio, preces alerent. Factum esse ergo ut significantem vim illam figuris suis ingigneret, qua ilico animos ipse pervaderei, et ad pietatem moveret, arte quasi in precem transfigurata.[8]

Stat ergo Fratrem Ioannem, per suae rara dona naturae arti serviendo, immensam utilitatem spiritualem ac pastoralem et contulisse et etiamnum conferre populo Dei, quo hic facilius ad Deum iter conficiat. Huc enim respicit ars sacra iuxta Concilium Vaticanum II, in cuius Constitutione de Sacra Liturgia legimus : « Inter nobilissimas ingenii humani exercitationes artes ingenuae optimo iure adnumerantur, praesertim autem ars religiosa eiusdemque culmen, ars nempe sacra. Quae natura sua ad infinitam pulchritudinem divinam spectant, humanis operibus aliquo modo exprimendam, et Deo eiusdemque laudi et gloriae

[5] GIULIANO LtrrACCiNi (m. 1458), *Cronaca di 8. Marco*, cod. n. 370, fol. 6v, in Bibliotheca Medicea Laurentiana, Florentiae, asserv.

[6] DOMENICO DA CORELLA (m. 1483), *Theotocon*, cod. G 2.8768, fol. 79r, in Bibliotheca Nat. Florentina asserv.

[7] LEANDER ALBERTI, *De Viris illustribus Ordinis Praedicatorum* Bononiae 1517, fol. 252*.

[8] Cf. PII PP. XII *Serm.* die 20 Apr. anno 1955 hab.: *AAS* 47 (1955), p. 287.

provehendae eo magis addicuntur, quo nihil aliud eis propositum est, quam ut operibus suis ad hominum mentes pie in Deum convertendas maxime conferant)).[9]

Scilicet Frater Ioannes, vir vita spirituali et arte omnino praecipuus, semper nos summopere allexit ; quare putamus tempus advenisse, quo ille peculiari in lumine collocetur in Ecclesia Dei, quam profecto adhuc caelesti sua arte alioqui non cessat.

Postquam ergo praeclaram opinionem, quam, in re posita, nonnulli Decessores Nostri de sanctimonia vitae Fratris Ioannis Faesulani, cognomento ((Beati Angelici », habuerunt, consideravimus, in qua ceterum consentiunt aliae personae rebus religiosis et arte conspicuae (sicut ex uberi documentorum copia apparet, annis MDCCCCLX-MDCCCCLXIII a Sectione Sacrae Rituum Congregationis Historica accumulata) ; post item plurimas petitiones assidue reputatas a Patribus Cardinalibus, Episcopis, Religiosis, maxime vero ab Ordine Fratrum Praedicatorum atque etiam a laicis, Sanctae Sedi adhibitas, ut honores liturgicos Fratri Ioanni de Faesulis attribueremus ; Nos, certa scientia, attentis praeclaris in Ecclesia meritis eiusdem Fratris Ioannis de Faesulis, unice ob bonum animarum, motu proprio apostolicaque auctoritate Nostra, in specialis gratiae signum concedere statuimus, ut *dies eiusdem natalis,* cum titulo « Beati » tum in Liturgia Horarum, tum in actione Eucharistica celebrari possit, tamquam memoria obligatoria in Basilica Sanctae Mariae supra Minervam, ubi eius corpus sepulchro est conditum, tamquam vero memoria ad libitum in universo Ordine Fratrum Praedicatorum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **III** mensis Octobris, anno MCMLXXXii, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PAULUS PP. II

[9] **Const. de Sacra Liturgia,** ***Sacrosanctum Concilium,*** **n. 122.**

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

T

DUNDEENSIS

Apostolica Praefectura Volksrustensis ad gradum dioecesis evehitur, Dundeensis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Ecclesia gratia et virtute Spiritus Sancti cotidie adolescit, fit saepenumero ut circumscriptiones ecclesiasticae a primaeva forma et figura in perfectiorem transvehi debeant; per quam rem videlicet non modo ipsae sedes, quasi natura immutata, in altioris ordinis gradum ascendunt, sed et rectoribus, maxime si Missionarii sint, quorum ope atque labore opus evangelizationis processit, laus merita attribuitur. Qua re, cum Praefectura Apostolica Volksrustensis haud parva susceperit incrementa, atque Patribus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione visum sit eam in dioecesis formam redigere, Nos, re bene reputata eorumque sententia audita quorum interest, haec decernimus. Praefecturam apostolicam Volksrustensem ad gradum dioecesis evehimus, *Dundeensem* nomine, quae erit metropolitanae Sedi Durbanianae suffraganea, sic ut eius Episcopus erit illius Metropolitae subiectus. Urbs episcopalis Dundee erit, a qua nova circumscriptio nomen accepit, in quaque sedem suam collocabit sacer Praesul, cathedra in templo sanctissimi Rosarii posita, quod cathedralis dignitate ornabitur. Ceterum per has Litteras constituta Ecclesia Sacrae Congregationi de Propaganda Fide perget esse obnoxia. In nova Sede Canonicorum Collegium condatur, iuxta alias Litteras futuro tempore dandas. Interim autem Episcopus Consultorum dioecesanorum coetum eligat, qui consilio et ope eum adiuvent. Cetera ad leges codicis Iuris Canonici temperentur. Ad haec vero exsequenda Venerabilem Fratrem Eduardum Cassidy legamus, archiepiscopum titulo Amantianum atque in Africa Meridionali Delegatum apostolicum, qui per se ipse vel per delegatum actae rei documenta exaranda stu-

débit atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo altero, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 11107$.

Il

ANTIPOLENSIS

Ab archidioecesi Manilensi quadam regione detracta nova conditur dioecesis nomine Antipolensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam in recte regendis dioecesibus maxime cavendum est ut «bonum dominici gregis sit suprema ratio» (CD, 25), proinde ad earum circumscriptionem quod attinet, «decernit Sacrosancta Synodus ut, quatenus animarum bonum id exigat, quamprimum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo vel dismembrando...» *(Ibid.,* 22). Quo expeditius igitur omnibus provideretur fidelibus intra fines Ecclesiae Manilensis in praesentia degentibus, eorum pastor Venerabilis Frater Noster Iacobus S. R. E. Cardinalis Sin, consulta et audita Conferentia Episcopali Insularum Philippinarum, nuper ab Apostolica hac Sede postulare non dubitavit, ut quadam suae archidioecesis portione illic nova conderetur dioecesis. Quapropter, eiusmodi rei assentiente venerabili Fratre Brunone Torpigliani, Archiepiscopo titulo Mallianensi et Nuntio Apostolico in Insulis Philippinis, suppleto autem consensu quorum interest vel interesse censetur, de

consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praepositorum deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hisce Litteris ea decernimus quae sequuntur atque iubemus. Ab archidioecesi Manilensi regionem distrahimus vulgo «East Rizal» appellatam, ex eaque novam condimus dioecesim « Antipolensem » appellandam iisdemque circumscriptam finibus, quibus memorata continetur civilis regio, necnon Sedem episcopalem in urbe cui nomen Antipolo statuimus, simul atque templum paroeciale ibi Deo in honorem B. M. V. vulgo «Our Lady of peace and good Voyage» exstans ad cathedralis templi dignitatem evehimus propriisque insignibus et privilegiis et honoribus instruimus. Pariter Antipolensi pro tempore Episcopo tum iura et honores tribuimus tum officia et onera imponimus cuiusque Episcopi tali munere fungentis. Antipolensem autem dioecesim ut suffraganeam Ecclesiae Manilensi subicimus, quae et metropolitico Archiepiscopi Manilensis iuri suffraganeus pro tempore Episcopus obnoxius erit. Praeterea, quo maiori decori et utilitati novae Ecclesiae consulamus, decernimus ut posthac in ea ad normas alio decreto edendas capitulum cathedrale instituatur; concedimus tamen ut, quamdiu deerit, dioecesani ibidem Consultores ad statutas normas eligantur interim pro canonicorum senatu. Ad episcopalem novae dioecesis mensam quod spectat, iubemus ut constet tum Curiae emolumentis fideliumque stipibus tum iusta portione, secundum can. 1500 C. I. C. aestimanda, sibi perventura e divisione bonorum hucusque ad Manilensem mensam pertinentium. Ipsi mandamus ut in iis, quae ad Seminarii dioecesani aedificationem et ad sacrorum candidatorum formationem respiciunt, iuris communis praescripta atque Concilii Vaticani II Decreti «Optatam totius» normae serventur, ratione tamen habita legum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica editarum. Selecti vero alumni philosophicis et theologicis disciplinis instruendi aut sacerdotes sua studia completuri ad Pontificium Collegium Philippinum mittantur in Urbe situm. Simul de regimine novae dioecesis, de administratione,.. de eligendo Vicario Capitulari sede vacante, de fidelium iuribus aut oneribus aliisque id genus, sacri canones plane serventur. Hoc demum lege sancimus, ut, constitutione dioecesis Antipolensis ad effectum deducta, presbyteri ei censeantur Ecclesiae adscripti, in qua ecclesiasticum officium vel beneficium habent; ceteri clerici necnon Seminarii alumni ei addicantur dioecesi, intra cuius fines legitimum habent domicilium. De cetero praecipimus ut actorum documenta, quae aut de nova dioe-

cesi eiusve clero et fidelibus aut de bonis temporalibus indicant, a Curia Manilensi ad Curiam Antipolensem nunc transmittantur, ut in condendo ibidem tabulario rite asserventur. Quae omnia per bas Litteras statuimus exsequatur memoratus venerabilis Frater Bruno Torpigliani, quem designamus debitisque instruimus facultatibus, cui et facultatem facimus idem ofiicium delegandi alii viro in ecclesiastica dignitate constituto, addito tamen onere curandi ut certa et vera peractae exsecutionis documentorum exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis transmittantur. Has denique Apostolicas Litteras et nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

© **CAROLUS** Card. **GONFALONIERI**
Sacri Collegii Decanus

S **SEBASTIANUS** Card. **BAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Hyginus Quadraroli, *Proton. Apost. s.n.*

Loco Plumbi

In Secret. Status tab., n. 112990.

III

CIMBOTIENSIS

Praelatura Cimbotiensis dioecesis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

SERVUS SERVORUM DEI

Pastoralis cura postulat ut Christi gregi universo praepositi omnia pro viribus faciamus, quae ad eius conferant bonum, proindeque, ubi loci dignitas et amplitudo necnon rerum ecclesiasticarum et civilium praestantia id suadeant, optimam Ecclesiarum regiminis constituamus formam, quae est dioecesis. Cum igitur Conferentia Episcopalis Peruviana ab Apostolica Sede petivisset ut Praelatura Cimbotiensis dioecesis fieret, quod ultimis his temporibus catholicorum numero operibusque religiosis magnopere aucta esset, preces Nos exaudiré statuimus. Qua re, cognita ante sententia Venerabilis Fratris Marii Tagliaferri, Archiepiscopi titularis Formiani et in republica Peruviana Apostolici Nuntii, suppleto quorum intererat vel sua interesse praesumentium

consensu, Apostolica Nostra potestate haec decernimus. Praelaturam Cimbotiensem constituimus dioecesim, iisdem circumscriptam finibus, quibus Praelatura circumscribitur. Eius sedem episcopalem in urbe Chimbóte collocamus, cuius ecclesiam paroecialem S. Petro Apostolo dicatam ad dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus. Huic et Episcopo eius pro tempore iura, privilegia, insignia, honores et onera atque obligationes concedimus et imponimus, quibus ceterae episcopales sedes ceterique locorum Antistites ordinarii et fruuntur et obligantur. Novam dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Ecclesiae Truxillensis eiusque Episcopum metropolitico iuri illius Archiepiscopi subicimus. Donec autem Capitulum cathedrale constituatur, consultores dioecesani in eius locum sufficiantur. Mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, fidelium collationes et bona externa quae usque ad hoc tempus Mensae Praelaticiae fuerunt. Quod pertinet ad eiusdem dioecesis regimen, administrationem, Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem aliaque id genus, ius commune servetur; idem pariter quod attinet ad seminarii constitutionem et ad sacrorum alumnorum institutionem, ratione habita Decreti Concilii Oecumenici Vaticani II «Optatam totius» et Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica normarum. Selecti vero iuvenes suo tempore Romam mittantur ad Pontificium Collegium Pium Americanum ut philosophicis et theologicis studeant disciplinis. Clerus saecularis Praelaturae Cimbotiensis in nova dioecesi ilico incardinatus habeatur. Dioecesis Cimbotiensis Episcopum denique nominamus Venerabilem Fratrem Aloisium Bambarén Gastelumendi, S. I., qui fuit adhuc usque eiusdem Ecclesiae Episcopus Praelatus. Munus haec omnia perficiendi delegamus Venerabili Fratri, quem supra diximus, Mario Tagliaferri, necessariis et opportunis factis facultatibus alii etiam haec delegandi in ecclesiastica dignitate constituto, onere imposito, re confecta, sincerum actus exsecutionis exemplar ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittendi. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco ✠ **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 108018.

IV

VARMIEN.-POMESANIEN.

In Collegiata dioecesis Varmiensis sacra aede, quae in urbe Prabuty exstat, Pomesaniense Capitulum collegiale instituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Magna quidem pars dioecesis olim Pomesaniensis, utpote anno MDLXV sublatae, dioecesi Varmiensi anno MDCCCXXI per Apostolicas Litteras « De salute animarum » est adiuncta. Quae considerantibus Nobis videtur oblata occasio advenisse, ut per Litteras has Nostras eiusmodi rerum fidem opportune confirmemus neque dubitemus accommodatum persequi consilium ut Populo Dei quam maxime auxiliemur. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Ioannes V. Oblak, Episcopus Varmiensis, a Nobis petierit ut in vetustissima artisque plena Collegiata aede sacra, quae communi Christifidelium opera in urbe Prabuty plane renovatur, collegiale Capitulum institueretur, nunc Nos, huiusmodi postulationi concedentes, haec statuimus : Collegiatam aedem, quam supra memoravimus, ut talem iuraque eius propria confirmamus, ibique Canonicorum collegium condimus ad normas quae sequuntur. Collegiale Capitulum quattuor et viginti Canonicis constabit, ita tamen ut «Canonici de gremio» seu «effectivi» sint duodecim (quorum Praepositus atque Decanus erunt Capituli «Dignitates»), reliqui autem duodecim « Canonici ad honorem » sint seu « honorarii ». Praepositus vero atque Decanus, quos diximus, Suae Sanctitatis praelati honoris «ipso facto» erunt. Ad insignia quod attinet, omnes in capitularibus caeremoniis et intra limites dumtaxat dioecesis habitum choricum induent ab Ordinario loci statutum aut approbatum, ut in more est Poloniae. In conferendis Dignitatibus aut officiis et beneficiis leges iuris communis atque praescripta Concilii Vat. II serventur. Haec re vera, quae libenter statuimus utique, ut magis magisque in illa quoque Ecclesiae Varmiensis portione et decus et splendor augeatur sacrarum caerimoniarum quibus publice Deo pietatis cultus tribuitur, pariter Nobis spem afferunt ut etiam magnopere collatura sint ad dilectam gentem olim Pomesaniensem penitus vel arctius cum Apostolica hac Sede coniungendam; cuius etiam rei causa Deum precamur. Ceterum omnia, quae

hic iussimus, memoratus venerabilis Frater Ioannes V. Oblak facienda curabit, factis necessariis facultatibus, aut alius vir in ecclesiastica dignitate constitutus, si visum fuerit, ab eo delegatus; salvo utcumque onere curandi ut, re acta, certa veraque de exsecutione documentorum exempla ad Secretariam Status mittantur. Volumus denique praesentem Constitutionem nunc et in posterum ratam esse effectusque habere suos, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n. X08883.

V

UESSITANAE

Orientali regione a dioecesi Ouandoënsi distracta nova conditur Ecclesia nomine Uessitana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad expeditiorem evangelizationem hominibus in quadam dioecesis Ouandoënsis plaga degentibus comparandam Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis praepositi censuerunt novam illic dioecesim, omnibus quidem consentientibus quorum interest, condendam esse. Nos igitur de eorum consilio, quod ratum habemus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae per has Litteras ea decernimus quae sequuntur atque iubemus. A dioecesi Ouandoënsi loca distrahimus, quae appellantur vulgo « Sangha » et « Likouala », qua respiciunt regionem vulgo ((Cuvette », iisque novam Ecclesiam « Uessitanam » appellandam condimus, ita videlicet ut eius fines iisdem omnino cohaereant, quibus memoratae plagae praeconstituta

lege civili circumscribuntur; simul statuentes ut TJessitani Episcopi cathedra in templo principi collocetur in urbe eodem nomine nuncupata exstanti, quod proinde ad cathedralis templi dignitatem evehimus, dum iubemus ut nova dioecesis archidioecesi Brazzapolitanae suffraganea etiam sit ideoque obnoxia. Constituimus autem ut in Ecclesia hodie ibi condita consultores dioecesani interea pro Canonicis ad statutas iuris normas electi adhibeantur. Has denique Apostolicas Litteras Nostras, sueto more expeditas, nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Renatus Ausiello Lanieri, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £& Plumbi

In Secret. Status tab., n. 118182.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Cathedrale templum dioecesis Sedinensis-Caminensis ad dignitatem Basilicae minoris attollitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quam iucunda Nobis etiamnunc est illius decreti recordatio quo Decessor Noster immortalis memoriae Paulus Sextus decem ipsos abhinc annos provida quidem mente constitui censuit dioecesim Sedinensem-Caminensem ! Quam grata pariter superiore anno Nobis fuit cognitio ipsius sollemnis consecrationis novi ibidem cathedralis tempi Sancto Iacobo Apostolo sacri ! Binas vero hasce rerum faustarum memorias cupiens Venerabilis Prater Casimirus Majdanski istis diebus commemorare ac veluti perpetuitati evidentiori commendare ab Sede Apostolica flagitavit, ut idem templum legitime proveheretur ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque, quippe quod

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Fratris Alberti (in saeculo: Adami Chmielowski), Fundatoris Congregationum Fratrum et Sororum Tertii Ordinis S. Francisci Pauperibus Servientium.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilem Dei Famulnm Fratrem Albertum, in saeculo Adamum Chmielowski, fundatorem Congregationum Fratrum et Sororum Tertii Ordinis S. Francisci Pauperibus Servientium, heroicas exercuisse virtutes Summus Pontifex Paulus VI die 20 Ianuarii anno 1977 declaravit.

Is enim, die 20 mense Augusto anno 1845 in loco *Igolomia* vulgo nuncupato, intra fines archidioeceseos Cracoviensis, in Polonia, ortus est. Adolescens adhuc, anno 1863, pro patriae liberatione pugnans, gravi vulnere in proelio affectus, pede privatur atque in vincula coniicitur.

Vincula perf ugiens, peregre profiscitur : Lutetiam Parisiorum, Gandavium, Monachium Venetiasque se contulit et ad picturae studium, in quo feliciter emersit, incubuit.

Anno 1884 Cracoviam reversus, pauperibus egentibusque in publico deversorio ministrare coepit.

Votis Tertii Ordinis S. Francisci anno 1888 nuncupatis humilique induto habitu, Ordinario Cracoviensi probante, coadiutores sibi adiunxit, Congregationes Fratrum ac Sororum Tertii Ordinis S. Francisci pauperibus servientium condendo.

Ut miserrimis panem quotidianum suppeditaret, per Cracoviae vias emendicare non erubuit.

Die Nativitatis D. N. Iesu Christi, a. 1916, frater Albertus Cracoviae pie obiit, testimonium fidei et caritatis mirandum relinquens.

Vix e mortali vitae peregrinatione egresso, dignatus est Dominus famuli sui nomen, ab aerumnosis hominibus in summis tribulationi-

bus et angustiis positis invocatum, brachii sui potentia gloriosum reddere. Quamplura siquidem, implorata ipsius Venerabilis ope, splendida evenere prodigia, e quorum numero unum est selectum atque Apostolicae Sedi ad cognoscendum fuit exhibitum, eo quidem fine ut sollemnis beatificationis honores eidem decernerentur. Agitur de mira sanatione Sororis Iosephae Parzych a fístula pio-stercoracea intestinali, probabilis originis caecalis, post-operatoria.

Qui morbus varios per annos cum esset protractus — omnibus enim remediis in vanum tentatis — praedicti Venerabilis Fratris Alberti intercessione invocata, Soror Parzych de repente sanata est.

Cum eiusmodi sanationem contigisse praeter et ultra naturae leges complures testes censuissent, apud Curiam Cracoviensem anno 1982 processus est celebratus Romamque transmissus. De eius iuridica forma ac vi Sacra pro Causis Sanctorum Congregatio die 27 Ianuarii anno 1983 decretum edidit.

Praehabitis igitur, ad iuris normam, votis duorum in medica arte peritorum, Consilium medicum nostrae Congregationis die 26 mensis Maii eodem anno 1983, super eadem sanatione disceptavit atque praeter naturae leges eam evenisse censuit.

Obtenta deinde pontificia dispensatione super ulteriore disceptatione Consultorum et Patrum Cardinalium, idque ob temporis angustiam (erat enim Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Poloniam iamiam profecturus, ubi in animo habebat Venerabilem Fratrem Albertum sollemniter Beatorum Caelitum honoribus condecorare), die 9 mensis Iunii a. 1983, praesentibus Cardinalibus infrascripto Praefecto et Francisco Carpino, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, suam proferens sententiam edixit: *Constare de uno miraculo, Venerabili Fratre Alberto (in saeculo Adamo ChmielowsJci) intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea, perfecta constantique sanatione sororis Iosephae Parzych a fístula pio-stercoracea intestinali, probabilis originis caecalis, po st-operatoria, in subiecto phthisi intestinali et pulmonari affecto.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mense Iunio A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. S S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, a *Secretis*

II

MATRITEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Teresiae González-Quevedo Cadarso a Iesu, Sororis Congregationis Carmelitarum a Caritate.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Qui evangelica consilia profitentur Deum qui nos prior dilexit (cf. 1 Io 4, 10) *ante omnia quaerant ac diligant et in omnibus rerum adiunctis fovere studeant vitam absconditam cum Christo in Deo* (cf. Col 3, 3), *unde profluit et urgetur proximi dilectio in salutem mundi Eccelsiaeque aedificationem. Hac caritate etiam ipsa praxis consiliorum evangelicorum animatur et regitur* » (CONC. VAT. II Decretum *Perfectae Caritatis,* 6).

Quae quidem verba speciem atque imaginem Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu, in saeculo Mariae Teresiae González Quevedo, effingere videntur; quamvis ipsa haud multos vixit annos, nam vigesimo aetatis anno ad gaudia evolavit aeterna.

E piis parentibus Callisto, in arte medica perito, et Carmela Cadarso ipsa est orta die 14 mensis Aprilis anno 1930 Matriti in Hispania, ac die 20 eiusdem mensis sacro fonte lustrata est, Mariae Teresiae Iosephinae nominibus impositis.

Ad pietatem proclivis, ab infantia Ecclesiam frequentare sacrisque adesse, piae matris delectatione, in deliciis habebat, et in Deiparam Virginem peculiari ferebatur religione.

Atroci bello Hispaniam devastante, Matritum relinquit atque *Barriopalacio* Cantabriae oppidulo, magno animi fervore anno 1938 primum caelesti dape fuit refecta, ac die 9 Novembris anno 1939 Confirmationis sacramento roborata.

Adhuc puellula, cum ob frequentes vomitus quandoque Christi Corpore privari cogeretur, copiosas fundebat lacrimas tanti boni absentiam deflens.

Huic sincerae mentis pietati manifeste obstare videbatur Mariae Teresiae indoles vegeta, libertatis cupida, disciplinae iugo indocilis,

litterarum studio aliquatenus infensa. Ideo sibimetipsi magnam vim inferre debuit ut naturae propensiones compesceret. Sed Dei opitulante gratia adiuvanteque Deipara, triumphum denique de naturae vitiis reportavit.

Dum Sororum Carmelitarum a Caritate Vallisoleti et Matriti postea scholas frequentaret, ceterarum alumnarum animos hilari vultu, magnanimitate, facundia, effusa in omnes caritate sibi devinciebat. Egregiis hisce dotibus obtinuit ut amor ac devotio erga Beatissimam Virginem, cuius cultum propagare in deliciis habebat, maius in dies incrementum caperent.

Idem erga Dei Matrem affectus eam impulit ad se suaque omnia plene eidem dicanda; quod quidem ad exitum feliciter deduxit suimet cooptatione in Marialem Congregationem, quam ardenter exoptaverat postremis annis, quibus humaniorum litterarum studiis incumbebat.

Postquam diu spiritum graviter paraverat, sollemnis consecrationis ritum die 13 Decembris anno 1944 perfecit. Numisma Immaculatae Conceptionis tunc veluti tesseram receptum hac inscriptione distinctum voluit : ((Mater mea, te cernat qui me aspexerit ». Propositi tenax ex ipsomet consecrationis die morum mutationem viriliter aggressa, puerilis aetatis menda perpetuo removit, vitamque novam, christianae perfectionis operibus insignem, instituit.

Nihil mirum si divini Sponsi voci ad omnia pro se relinquenda invitanti obsecundaret, et parentibus fratribusque, quos omnes tenerrime diligebat, fortiter valedicens, vitam religiosam in Congregationem Sororum Carmelitarum a Caritate die 23 mensis Februarii anno 1948 amplexata fuerit. Ante religiosam vestitionem votum emisit omnia peccata venialia voluntarie admissa perpetuo vitandi.

Die 8 Septembris eiusdem anni vestem induit religiosam ac, dum novitiatum ageret, sibi in animo proposuit Deo ferventer vel in minimis deservire, necnon quidquid ipsi displicuisset continuo a se amovere; ideo propriam voluntatem abnegare magnopere studuit, naturae aggredi difficilia, regularum moderatricumque iussis demisse obtemperare, hilari vultu erga sodales semper caritatem exercere.

In tali virtutum exercitatione spirituales adauxit vires eius fiducia firmissima ac amore plena in Beatissimam Virginem Mariam.

Dum tanto propriae perfectionis studio Maria Teresia tota incumberet, se ad Christi regnum inter infideles dilatandum vocatam sentiens, ad Sinensium regiones mitti magno desiderio flagrabat. Sed aliter Dominus disposuit : nondum religioso expleto tirocinio, in letale

morbum, meningitidem videlicet, incidit. Huic Dei providentis consilio humillime ac prompte se subiicens, aegritudinis molestias vehementesque dolores invicto substulit animo eosque dissimulare satagens.

Cum supremus instaret dies, ad religiosa nuncupanda vota admissa, sacramentis rite refecta est.

Postremas vitae horas in religionis et caritatis actibus ferventer eliciendis transegit.

Morte iam adveniente, oculis manibusque in caelum sublatis, Deiparam precando clara affata est voce : « Mater mea, veni, suscipe me et me tecum in caelum trahe».

His prolatis verbis, animam placide efflavit Matriti, die 8 Aprilis anno 1950, in pervigilio Paschae.

Nuntio autem eius mortis, innumera fidelium turba ad monasterii clausura adcucurrit, ut mortuum eius corpus colerent ac venerarentur. Coram permagna civium frequentia funus sollemnibus exsequiis celebratum est atque omnes, una voce, eam sanctam conclamabant.

Cum sanctitatis fama Mariae Teresiae a Iesu post mortem celeriter diffunderetur longe lateque, pluresque eiusdem apud Deum intercessioni favores tribuerentur, de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coeptum est. Post igitur ordinarios, quos vocabant, processus in Curia episcopali Matritensi annis 1954-1958 instructus Romamque transmissus, atque edito Decreto die 28 Iunii a. 1961 super scriptis eidem Servae Dei tributis, Paulus Papa VI die 14 Iulii a. 1967. commissionem introductionis Causae propria manu, ut moris erat, signavit.

Causa deinde apostolica de virtutibus in specie apud eandem Curiam Matritensem peracta, S. Congregatio pro Causis Sanctorum decretum edidit, die 13 Martii a. 1971 super omnium in hac Causa processuum iuridica validitate. Instante deinde Coetu Episcoporum Hispaniae, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 31 mensis Iulii a. 1981, dispensavit super can. 2101 Codicis Iuris Canonici, ita ut ante quinquaginta annos a morte Servae Dei disceptatio virtutum inchoari posset. Hinc, die 21 Decembris a. 1982, habitus est Congressus Peculiaris Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum et deinde, die 26 Aprilis a. 1983 Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi. Et in utroque coetu, dubio num Serva Dei virtutes coluisset heroicas, responsum est datum affirmativum.

De hisce omnibus postmodum Summus Pontifex Ioannes Paulus II

per Cardinalem qui infra scriptus est, die 14 mense Maio anno 1983 certior factus, responsum Patrum Cardinalium ratum habuit confirmavitque et mandavit decretum apparari super Dei Famulae virtutes.

Hodierno autem die Beatissimus Pater, arcessitis Cardinalibus Praefecto huius Sacrae Congregationis atque Mario Aloisio Cardinali Ciappi, Causae Belatore, meque a Secretis aliisque vocari solitis, eisque adstantibus, edixit: ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu, in saeculo Mariae Teresiae González Quevedo Cadarso, Sororis Congregationis Carmelitarum a Caritate, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 9 mensis Iunii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETA

I

BELLOHORIZONTIN.

Catholica studiorum Universitas « de Minas Gérais », in Brasilia, canonice erigitur tituloque « Pontificia » augetur.

Brasiliensis Ecclesia oportere semper animadvertit congruenter ipsa insereretur in opus institutionis apud studiorum universitates propriae nationis ut secundum fidei doctrinaeque moralis catholicae praecepta apte conformarentur tum universitatum magistri ac scientiarum investigatores tum ordo gubernatorum artesque professorum eiusdem ditionis.

Etenim complura inter catholicarum universitatum incepta in loco vigentia, qui olim « Vera Cruz » appellabatur, peculiarem omnino mentionem illud coeptum meretur, quod promovit « Sociedade Mineira de Cultura», civilis nempe consociatio in urbe «Belo Horizonte» nata operansque adhuc, quae quidem urbs ob suam locorum amoenitatem atque gratissimam caeli temperiem hisce superioribus annis conspicuum obtinuit incrementum.

Eadem vero consociatio principiis pastoralibusque impulsibus obsecuta primi Archiepiscopi Bellohorizontinae Archidioecesis, Reverendissimi Domini Antonii dos Santos Cabrai, condidit anno millesimo nongentesimo duodesexagesimo studiorum Universitatem in regione «Minas Gérais» nuncupata, quae rite dein a Foederali Regimine Rei Publicae Brasiliensis est agnita iureque comprobata.

Post primos autem suos incertos gressus studiorum Universitas optabiles admodum adepta est profectus, qui hodie inibi cernuntur : duo nam « Campi » administrantur — in urbibus videlicet « Belo Horizonte » et « Coronel Fabriciano » — ubi sedes iam florent tum scientiarum biologicarum publicaeque salutis, tum etiam disciplinarum humaniorum ac studiorum socialium.

Haec Universitas se hoc tempore exhibet velut institutionem adeo praestantem excellentemque in vita ipsius culturae ac societatis non modo in sua regione verum etiam in tota Brasiliae natione ut qui nunc Archiepiscopus est Reverendissimus Dominus Ioannes Resende Costa sibi in animum induxerit a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica postulare canonicam eius constitutionem titulique simul « Pontificiae Universitatis» concessionem.

Quae Sacra Congregatio, exceptis hac de re sententiis nunc Conferentiae Episcoporum Brasiliensium nunc Reverendissimi Apostolici Nuntii Brasiliensem apud nationem, cum penitus perspexisset deliberatum eiusdem Universitatis consilium ac studium ad Revelationis Christianae lumen moderamenque legitimae Auctoritatis Eclesiae persequendi excelsos suos fines scientiae et honestatis, censuit admotas sibi preces exaudiri posse immo et decere.

Quapropter, jostquam recognovit approbavitque Statutum memoratae studiorum Universitatis, attentis quoque diligenter rerum adiunctis, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, potestatibus sibi a Ioanne Paulo Pp. II nominatim tributis, ad Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque praesertim Brasiliensis decus ac spiritualem et humanum maximum proventum,

CATHOLICAM STUDIORUM UNIVERSITATEM
« DE MINAS GERAIS » IN BRASILIA

ad normam can. 1376 C.I.C. (hisce adhuc diebus vigentis) canonice erigit atque erectam edicit, praeditam ordinationibus structura et gubernatione in dicto Statuto descriptis, eidemque concedit, veluti singularis quidem benevolentiae documentum ac vehementis incitamenti modum, quo melius usque de Ecclesia ac Patria illud mereatur Institutum, titulum « PONTIFICIAE » Universitatis, dum universa ipsi etiam iura honores officia addit, quibus studiorum Universitates eodem hoc auctae titulo iam fruuntur vel frui deinceps poterunt, contrariis quibuslibet haudquaquam obsistentibus.

Ad regulam vero consuetudinis suae idem Sacrum Dicasterium destinat ac renuntiat hisce eisdem litteris Reverendissimum Archiepiscopum «pro tempore» Bellohorizontinae Archidioecesis, nunc Dominum Ioannem Resende Costa,

MAGNUM CANCELLARIUM
eiusdem Pontificiae Universitatis

qui personam Universitatis apud Sanctam Sedem gerat pariterque hanc apud Universitatem ; cuius praeterea sit operam dare ut servetur et convenienter provehatur institutio maiorem ad utilitatem potissimum tum religiosae tum civilis communitatis eisdem in locis; atque aequabiliter tutari in eadem Universitate integritatem catholicae doctrinae necnon bonos omnium mores, ad pacificum servandum rerum ordinem secundum universales particularesque leges simul Ecclesiae simul Rei Publicae Brasiliensis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die v mensis Iunii, in Sollemnitate SS. Corporis et Sanguinis Christi, anno Domini **MCMLXXXIII.**

VILLELMUS Card. **BAUM,** *Praefectus*

L. © S.

© Antonius M. Javierre Ortas, Archiep. tit. Meten., *a Secretis*

II
HIEROSOLYMITAN. LATINORUM

Scholae Biblicae Hierosolymitanae, Fratribus Praedicatoribus concreditae, facultas conceditur supremum gradum Doctoratus conferendi.

Hierosolymae ad S. Stephani martyrium sub auspiciis Leonis Pp. XIII fel. rec. prima in Ecclesia catholica Schola studiis bibliorum sacrorum colendis ab inclito Ordine Praedicatorum iam anno MDCCCXC constituta est. Quae abunde, ab exordio suo usque ad praesentem diem, conspicuos protulit fructus, selectos praecellentesque in rebus biblicis efformavit eruditos viros ac proinde claram omnino acquisivit famam, imprimis quoad effossiones inventionesque archaeologicas vel epigraphicas, philologiam biblicam, geographiam palaestinensem atque ethnographiam orientalem. Merita singularia quae eadem Schola Biblica sibi comparavit praelucent crebris uberibusque commentariis ac operibus scientificis summi valoris, ab omnibus etiam non catholicis maximi habitis, quaeque immensos scientiae thesauros recondunt atque de indefesso suorum auctorum labore dilucidum dant testimonium. Notum quoque est numero frequentes discipulos non tantum ex laudato Ordine, sed etiam ex aliis familiis religiosis necnon ex variis dioecesibus venientes, ex omnibus paene orbis terrarum partibus ad Scholam confluentes, in commemorabilia monumenta cum Sacra Revelatione conexa exploranda et lustranda incubuisse atque doctissimorum magistrorum ductu optime paratos esse ad titulos in Sacra Scriptura coram Pontifìcia Commissione Biblica consequendos. Nihil mirum si gallica «Académie des Inscriptions et Belles-Lettres » Scholam illam, pro sectione archaeologica, suam seu nationalem proclamaverit, eodem modo quo celebres «Ecoles Françaises» Romae, Athenarum et Cahirae in Aegypto. Fere non deerat Scholae, ob varias historicas rationes, nisi facultas canonicos gradus conferendi.

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica vero, prae oculis habito magno momento Scholae pro hodiernis Ecclesiae necessitatibus ad magis magisque S. Scripturae studium promovendum, simulque in maius studentium inaestimabile commodum — nempe ut loca res consuetudines ceteraque omnia ad SS. Librorum pertinentia quasi intuitive conspicere possint — attentis Moderatoris Supremi memorati Ordinis

Fratrum Praedicatorum precibus, suffultis commendatitiis litteris Auctoritatum Pontificii Instituti Biblici Romae vigentis, peropportunum aestimavit Augustum Pontificem de hac re certiorem facere, eo fine ut Ipse laudatae Scholae Biblicae concedere dignaretur ius Doctoratus gradum canonicum conferendi.

Cum autem S.mus Dominus Noster Ioannes Paulus div. Prov. Pp. II perlibenter annuere voluerit, S. Congregatio pro Institutione Catholica, de speciali Eius mandato, hoc Decreto facultatem facit

SCHOLAE BIBLICAE HIEROSOLYMITANAE,
vulgo dictae

«ECOLE BIBLIQUE ET ARCHEOLOGIQUE FRANÇAISE
A JERUSALEM»,

supremum gradum Doctoratus Scientiarum Biblicarum iis alumnis conferendi, qui, Licentiam Sc. BibL consecuti, peculiare curriculum in praefata Schola frequentaverint atque variis condicionibus iuxta Const. Apost. « Sapientia christiana » de Doctoratus gradu satisfecerint. Sacra eadem Congregatio simul praecipit ut omnia compleantur, quae Scholae peculiaria Statuta ac Ratio Studiorum, a Sancta Sede approbata, adimplenda praescribunt.

Hoc tandem Decreto Sacrum idem Dicasterium Magistrum «pro tempore» Supremum laudati Ordinis Praedicatorum eiusdem Scholae

MAGNUM CANCELLARIUM

nominat atque renuntiat, qui, iuribus ofiiciisque huiusmodi muneri iuxta academicam Ecclesiae legem inhaerentibus fruens, Sanctam Sedem repraesentet apud Scholam pariterque hanc apud Sanctam Sedem, Scholae invigilet, scientiam Sacrorum Librorum promovendam curet, plenam communionem cum authentico Magisterio Ecclesiae, imprimis Romani Pontificis, ecclesiasticamque disciplinam in ipsa Schola tutetur, atque missionem canonicam vel docendi veniam omnibus singulisque docentibus ad normam memoratae Constitutionis conferat et pro necessitate auferat; ceteris servatis de iure servandis, normis

maxime quae severas adimplendas statuunt academicae adeptae dignitatis exigentias; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die xxix m. Iunii, in Sollemnitate Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, a. D. MCMDXXxiii, Iubilaeo sacro.

VILLELMUS Card. **BAUM,** *Praefectus*

Ii. © S.

® Antonius M. Javierre Ortas, Archiep. tit. Meten., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Sabato, 17 Settembre 1983, Sua Maestà **BIRENDRA BIR BIRKAN**, Re del Nepal, con Sua Maestà la Regina.

Venerdì, 30 Settembre 1983, S. E. il Signor **JOHANNES RATJ**, Presidente del Consiglio dei Ministri nel « Land » della Germania Federale « Nordrhein-Westfalen » e Presidente in carica del « Bundesrat ».

Da Sabato 10 Settembre a Martedì 13 Settembre 1983, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Austria sostando a Wien e Mariazell.

Sabato, 24 Settembre 1983, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

23 settembre 1983. Mons. Ambrose De Paoli, Arcivescovo titolare eletto di Lares, *Pro-Nunzio Apostolico in Sri Lanka.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

16 luglio 1983. Gli Em.mi Signori Cardinali Joseph Cordeiro, Arcivescovo di Karachi; Timothy Manning, Arcivescovo di Los Angeles; Joseph Ratzinger, Prefetto della

Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede, *Presidenti Delegati della sesta Assemblea Generale del Sinodo dei Vescovi.*

20 agosto 1983. P. Yvon Beaudoin, O. M. I.; P. Ambrosius Eszer, O. P.; P. Kurt Peter Gumpel, S. J.; P. Valentino Macca, O. C. D.; Don Francesco Moccia, S. A. C, *Relatori della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

8 settembre » Don Alfons Stickler, S. D. B., Arcivescovo titolare eletto di Bolsena, *Pro-Bibliotecario di Santa Romana Chiesa.*

21 » » P. Prosper Green, O. S. A.; P. Jesús Castellano Cervera, O. C* D.; P. Ignace de la Potterie, S. J., *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » Le LL. EE. Mons. Lucas Moreira Neves, Segretario della Sacra Congregazione per i Vescovi e Mons. Augustin Mayer, Segretario della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari; Mons. Philippe Delhaye; P. Jan Visser, C. SS. R.; P. Benoît Duroux, O. P.; P. Marcelino Zalba, S. J.; P. Umberto Betti, O. F. M., *Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».*

Cappellani di Sua Santità:

23 agosto 1982. Il sac. Joannes Singer (Linz).
» » » Il sac. Josephus Hörmandinger (Linz).
» » » Il sac. Wilhelm Zauner (Linz).
13 novembre » Il sac. Gaetano Valente (Terlizzi).
» » » Il sac. Felice Di Molfetta (Terlizzi).
» » » Il sac. Giovanni Corrieri (Malfetta).
27 settembre » Il sac. Hugo Schwendenwein (Gurk).
3 marzo 1983. Il sac. Bruno Musarò (Otranto).
29 » » Il sac. Rudolf Schütz (Sankt Pölten).
28 aprile » Il sac. Joaquín A. Alicea Rodríguez (Ponce-Porto Rico).
30 » » Il sac. Erasmo Sanguineti (Genova).
» maggio » Il sac. Giovanni Laudizi (Amelia).
» » » Il sac. Bruno Medori (Amelia).
10 giugno » Il sac. Enrico Lachi (Arezzo).
22 » » Il sac. Lorenzo Fabrizi (Anagni-Alatri).
» » » Il sac. Aurelio Prosperi (Anagni-Alatri).
30 » » Il sac. Pietro Selvino (Nocera de' Pagani).
» » » Il sac. Pompeo La Barca (Nocera de' Pagani).
» » Il sac. Alfonso Fiorelli (Nocera de' Pagani).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7	settembre	1982.	Al	sig. W. H. B. De Ras (Roermond).
29	»	»	Al	sig. Karel Frederik Gunning (Rotterdam).
16	dicembre	»	Al	sig. Hubert Hadinger (Wien).
19	febbraio	1983.	Al	sig. M. Franciscus Hagenaar (Breda).
7	marzo	»	Al	sig. Andreas B. Ewalds (Roermond).
»	»	»	Al	sig. Theodorus Antonius Staverman (Utrecht).
	»	»	Al	sig. Joannes Meulemeester (Utrecht).
	»	»	Al	sig. Joannes Humbert Baggen (Utrecht).
»	»	»	Al	sig. William Gerhard van Donselaar (Utrecht).
27	»	»	Al	sig. Wilhelmus Kremer (Roermond).
29	»	»	Al	sig. Franciscus Martinus Zigenhorn (Bois-Le-Duc).
»	»	»	Al	sig. Franciscus Hagenaar (Breda).
»	»	»	Al	sig. Adrianus Petrus G. Hack (Breda).
»	»	»	Al	sig. Jacob B. Lamberigts (Roermond).
»	»	»	Al	sig. Frans Wouters (Anvers).
14	aprile	»	Al	sig. Francesco Retrivi (Reggio Emilia-Guastalla).
8	maggio	»	Al	sig. Cesare Aiani (Roma).
»	»	»	Al	sig. Nicolò Messina (Terni-Narni).
»	»	»	Al	sig. Pietro Antonio Maccioccu (Roma).
»	»	»	Al	sig. Pantaleo Amoruso (Roma).
	»	»	Al	sig. Giovanni Paolo Manganozzi (Roma).
4	»	»	Al	sig. Rolando B. Veneración (Cabanatuan).
»	»	»	Al	sig. Francisco I. Marcelo (Cabanatuan).
	»	»	Al	sig. Tranquilino A. Paez (Cabanatuan).
	»	»	Al	sig. Ricardo Y. Carlos (Cabanatuan).
	»	»	Al	sig. José L. Lagunilla (Cabanatuan).
	»	»	Al	sig. Francisco V. Bautista (Cabanatuan).
	»	»	Al	sig. Pedro R. Diego (Cabanatuan).
	»	»	Al	sig. José V. Garcia (Cabanatuan).
»	»	»	Al	sig. Manuel Diego Mallare (Cabanatuan).
25	»	»	Al	sig. Enzo Bellosono (Roma).
4	giugno	»	Al	sig. Henri Joannon (Saint-Flour).

NECROLOGIO

2	settembre	1983.	Mons. Joseph T. Daley, Vescovo di Harrisburg *(Stati Uniti d'America).*
7	»	»	Card. Joseph Schroffer, Diacono di S. Saba.
12	»	»	Mons. Josip Lach, Vescovo tit. di Dodona.

li settembre 1983. Mons. Leo Lemay, Vescovo già di Bougainville *(Papua Nuova Guinea).*

» » » Mons. Thomas A. McCabe, Vescovo già di Wollongong *(Australia).*

17 » » Card. Humberto S. Medeiros, del Titolo di S. Susanna, Arcivescovo di Boston *(Stati Uniti d'America).*

24 » » Mons. Albert Thomas, Vescovo già di Bathurts *(Australia).*

28 » » Mons. Marian Rechowicz, Vescovo tit. di Pupiana.

CORRIGENDA

In Vol. LXXV, Pars I (1983) **COMMENTARII ACTA APOSTOLICAE SEDIS** pag. 581, linea 9 : loco *die 5 Martii* legatur *die 5 Ianuarii.*

An. et vol. LXXV 3 Novembris 1983 Pars I, N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria tertia, die XXVII mensis Septembris, anno MCMLXXXIII, mane, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur :

I. - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Precatione « Adsumus » recitata, ad S. R. E. Patres Cardinales SS.mus D.nus Ioannes Paulus II banc allocutionem habuit :

Magno cum gaudio vos, dilectissimi Patres Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, hodie intueor, qui ad hoc Sacrum Consistorium celebrandum convenistis. Sollemnis hic coetus iterum Anno Iubilaeo Redemptionis humanae volvente agitur, in quo — ut in eius indictione scripsi — « conspicua inest indoles pastoralis ... eo quod dispensatio sacramentalis Ecclesiae rursum detegitur, per quam gratia Dei in Christo ad singulos et ad communitatem dimanat ».[1] Qua in re summum

[1] *AAS,* 75 (1983), p. 93.

habet momentum sacramentum Paenitentiae, quo Christifideles « veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt ».[2] Peropportune quidem accidit ut intra biduum initium fiat Synodi Episcoporum, cui hoc argumentum erit discutiendum: « De reconciliatione et paenitentia in missione Ecclesiae ». Feliciter pariter continget ut inter eandem Synodum sacramenti Paenitentiae studiosissimus dispensator, Leopoldus Mandic, toti Ecclesiae — quemadmodum praevidetur — ut fulgens exemplum proponatur.

Notum est vobis quam difficilia sint tempora, quibus vitam transigamus, et quam gravia pericula paci inter gentes impendant. Profecto nunc maxime necesse est animi ad Deum convertantur ut ipse « misereatur super turbam »[3] et mala, quae homines eius leges violando merentur, benigne avertat.

Non dubito quin vos, qui estis cooperatores et adiutores mei in universali Ecclesia gubernanda, pro viribus annitamini ut proposita Anni Iubilaei ad effectum deducantur, atque sollicitudines et preces meas de pace servanda impense participetis.

In hoc vero Sacro Consistorio potissimum pertractandae sunt causae canonizationis sat multorum Beatorum: Laurentii Imbert, Simeonis Berneux, Andreae Kim et Centum Sociorum Martyrum in Corea; Leopoldi Mandic, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, quem iam memoravi; Paulae Erassinetti, Fundatricis Sororum a Sancta Dorothea, Virginis.

Antequam autem ad has causas expendendas procedatur, statutus rerum ordo postulat ut nonnullis Ecclesiis vacantibus provideatur et nuntius detur de iis, quibus iam est provisum.

[2] *Lumen gentium,* 11.
[3] *Me* 8, 3.

II. - NUNTIUS ECCLESIARUM QUAE IAM CONCREDITAE SUNT

Postea Summus Pontifex certiores fecit S. B. E. Cardinales post proxime celebratum sacrum Consistorium centum quinquaginta duo sacrorum Antistites Ecclesiarum a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras nominatos fuisse, videlicet :

Metropolitanarum septendecim, quo*s inter :
Smyrnensem, Germanum Bernardini;
Sydneyensem, Eduardum Clancy.

Archiepiscopalem residentialium sex, quos inter :
Matritensem-Complutensem, Angelum Suquia Goicoechea;
Rabatensem, Humbertum Michon.

Episcopalium residentialium octoginta unum, quos inter :
Chilapensem, Iosephum Mariam Hernández Gonzales;
Crisiensem, Slavomirum Miklos.

Episcopalium titularium quadraginta tres, quos inter :
Nationensem, Antonium Tonnos;
Heracleensem, Aemilium Stehle.

Abbatiae *nullius :*
Montis Casini, Bernardum D'Onorio.

Praeterea Ss.mus certiores fecit Patres Cardinales Suum dedisse assensum electionibus canonice factis :

in synodo Episcoporum *Graecorum MelMtarum Catholicorum:*

— Pauli Borkhoche, e Societate Missionariorum Melkitarum Sancti Pauli, ad metropolitanam Ecclesiam *Bostrenam et Auranensem;*

— Andreae Haddad, ex Ordine Basiliani Ss.mi Salvatoris Melkitarum, ad archiepiscopalem Ecclesiam *Mariamnensem.*

in Synodo Episcoporum *Syrorum:*

— Theophili Matti Shaba Matoka ad archiepiscopalem Ecclesiam *Babylonensem Syrorum.*

in Synodo Episcoporum *Armenorum:*

— Pauli Coussa ad archiepiscopalem Ecclesiam *Babylonensem Armenorum.*

III. - RELATIO CAUSARUM

Rev.mus Cardinalis Petrus Palazzini, Praefectus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, sermonem habuit de vita et miraculis Beatorum : Laurentii Imbert, Simeonis Berneux, Andreae Kim et Centum Sociorum Martyrum in Corea; Leopoldi Mandic, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum; Paulae Frassinetti, Fundatricis Sororum a Sancta Dorothea, Virginis, ac recensuit acta quae in causis canonizationis eorundem Beatorum sacra Congregatio admittenda et approbanda putavit.

Relatione expleta, Beatissimus Pater Rev.morum Cardinalium sententiam de propositis canonizationibus exquisivit.

CONSISTORIUM UNICUM

Consistorio secreto absoluto, Beatissimus Pater et domini Cardinales Aulam Clementinam introierunt, ubi sacri Praesules et Abbates *nullius* per peculiare decretum vocati, quidamque synodales Patres, nec non Romanae Curiae Praelati quibus solet intimari, congregati manserunt statimque initium habuit *Consistorium unicum,* cuius acta hic referuntur :

I. - POSTULATIO PALLIORUM

Sacrum Pallium ((personaliter», instante uno ex consistorialibus Advocatis, postulaverunt : Raphael Bello Ruiz, pro metropolitana Ecclesia *Acapulcana;* Arturus Rivera Damas, pro metropolitana Ecclesia *S. Salvatoris in America;* Carolus Iosephus Ruiseco Vieira, pro metropolitana Ecclesia *Carthaginensi in Columbia.*

Postulatio vero pallii «per procuratorem», ad instantiam unius ex sacri Consistorii Advocatis, facta est pro his quae sequuntur metropolitanis Sedibus : *Semerangensi, Iubaënsi, S. Iacobi in Chile, Serenensi, Kuala Lumpurensi.*

Quibus peractis Summus Pontifex mandavit Cardinali Opilio Rossi, Protodiacono, ut crastina die postulatum Pallium vel sacris ipsis Praesulibus, qui petiverant, vel eorum procuratoribus, sueta cerimonia traderet.

II. - PERORATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Postea Ill.mus Decanus sacrae Consistorialis Aulae Advocatorum pro canonizatione Beatorum : Laurentii Imbert, Simeonis Berneux, Andreae Kim et Centum Sociorum Martyrum in Corea ; Leopoldi Mandic, Sacerdotis professi O. F. M. Cap. ; Paulae Frassinetti, Fundatricis Sororum a Sancta Dorothea, Virginis, de more institit.

Cui viro Beatissimus Pater per praelatum in Secretaria Papali cancellariae Litterarum Apostolicarum praepositum, sic respondit :

Ad postulationes modo prolatas Summi Pontificis nomine paucis est respondendum. Laetatur sane Beatissimus Pater quod ei datur nova sanctitatis lumina veraeque virtutis specimina mundo proponere, quibus hic ad superna, ad ea, quae humanae vitae altam tribuunt significationem, salubriter revocetur.

Re quidem vera nobilis martyrum turma, id est Beati Laurentius Imbert, Simeon Berneux, Andreas Kim et Centum Socii, qui in Corea pro Christo sanguinem profuderunt, constantiam in fide animis inculcant; Beatus Leopoldus Mandic, sacerdos professus Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, qui potissimum diuturno ministerio Sacramenti Paenitentiae enituit, hoc donum divinum, quo homines Deo reconciliantur, in lumine ponit. Per hunc praesertim Annum Iubilaeum Redemptionis sacerdotes eius exemplo monentur ut eiusdem Sacramenti dispensationis se alacres dedant, Christifideles vero ut ad hunc fontem gratiae et pacis libenter accedant. Demum Beata Paula Frassinetti, Fundatrix Sororum a S. Dorothea, mentes convertit ad opus puellas recte instituendi, quod etiam hac atétate summum obtinet momentum.

Verumtamen Beatissimus Pater, quamvis eos Beatos dignos existimet, quibus Sanctorum Caelitum honores decernantur, cupit ut in tanti ponderis re Apostolicae Sedis consuetudo rite servetur. Quapropter decretorium iudicium non ante est edicturus quam omnes, ad quos pertinet, sententiam rogaverit.

Ad Cardinales et Praesules Ss.mus allocutionem ad vota pro canonizationis exquirenda sic habuit :

Debita diligentia considerationem Nostram intendimus in ea omnia argumenta, quae ad propositas causas illustrandas comprobandasque allata sunt. Attamen, res tantae est gra-

vitatis, ut Nobis videatur cognitam habere mentem vestram, antequam decretoriam sententiam Nostram pronuntiemus.

Rogamus igitur, ut conscientiae officio ducti, de more circa has causas suffragia vestra f eratis.

Tunc singuli, servato suo cuiusque ordine, sententiam aperuerunt.

Exceptis congregatorum Patrum suffragiis, Summus Pontifex, haec addidit verba:

Vehementer sane gaudemus, quod vos concordibus suffragiis postulavistis, ut his Beatis Sanctorum Caelitum honores tribuantur; id enim flagran tissimis etiam Nostris votis respondet.

Nihil igitur esset, cur a peritorum iudiciis atque a membrorum sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum sententiis discedamus, quae multis ac gravibus argumentis innituntur.

Quare, nulla mora, iam nunc hos Beatos summis sanctitudinis honoribus dignos indicantes, eosdem inter Sanctos annumerandos esse decernimus; quod, iuvante Deo, solemni ritu faciemus in Vaticana basilica. Nominatim autem in Sanctorum album referemus:

Leopoldum Mandic, die decimo sexto proximi octobris; Laurentium Imbert, Simeonem Berneux, Andream Kim et Centum Socios Martyres in Corea, necnon Paulam Frassinetti, anno adveniente die et mense statuendis.

Interea, autem, vos omnes hortamur ut Deo preces sine intermissione adhibeatis, ut consilia Nostra Ecclesiae Sanctae prosint atque christianae vitae afferant incrementum.

Statim ac SS.mus eloquio suo finem imposuit, caeremoniarum Magistro rogante, adstantibus Protonotariis Apostolicis ut iuridica instrumenta de omnibus supra recensitis conficerent, de more mandatum est.

Deinde, benedictione a Summo Pontifice impertita, Consistorium est absolutum.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sanctus Eligius episcopus Academiae Argentinae artis Nomismaticae et Nummariae Patronus confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Sanctum Eligium episcopum sodales Academiae Argentinae artis Nomismaticae et Nummariae peculiari et assiduo prosequuntur cultu. Eam ob causam Venerabilis Frater Noster Carolus S. R. E. Cardinalis Aramburu, Archiepiscopus Bonaërensis, Conferentiae Episcopalis Argentinae Praeses, communibus exceptis votis, electionem Sancti Eligii in Patronum apud Deum sodalium eiusdem Academiae ratam habuit, et instanter postulavit ut ea electio et adprobatio confirmarentur secundum normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum propriis recognoscendis », n. 30. Nos igitur ex Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino sententia, cum constet electionem et adprobationem pro iuris praescripto esse factas, propenso animo, precibus auditis, ex Nostra Apostolica potestate Sanctum Eligium episcopum Patronum apud Deum declaramus et confirmamus sodalium Academiae Argentinae artis Nomismaticae et Nummariae, omnibus iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas concessis, fore confisi ut data gratia sodalium studium doctrinae augeat et religioni faveat. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xi mensis Iulii, anno Domini MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ©Sigilli

In Secret. Status tab., n. lWfiG.

II

Sancta Anna, B. M. V. genetrix, Casertanae civitatis caelica Patrona confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantae utilitati Populo Dei fuerit Sanctorum cultus in eosque pietas etiam ecclesialis communitas Casertana probe novisse videtur. Illa enim non solum Sanctum Sebastianum apud Deum Patronum ab immemorabili, verum etiam Sanctam Annam, B. M. V. genetricem, saeculari iam consuetudine tamquam caelestem Patronam notabili venerationis cultu prosequitur. Hac de causa venerabilis Frater Vitus Roberti, Archiepiscopus-Episcopus Casertanus, communibus cleri populique votis auditis, electionem, ab antiquo quidem habitam et in praesentia firmissime renovatam, Sanctae Annae ut civitatis Casertanae apud Deum Patronae rite sua auctoritate approbavit nuperque ab Apostolica hac Sede ut eiusmodi electio confirmaretur poposcit. Nos igitur de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, quam ratam habemus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae, cum res sint ad statutum ius peractae, *Sanctam Annam,* Beatae Mariae Virginis genetricem, civitatis Casertanae apud Deum *Patronam* confirmamus, cunctis adiectis iuribus ac liturgicis privilegiis secundum memoratae Sacrae Congregationis Instructionem ((de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis» sub n. 30. Contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus. Volumus praeterea ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque nunc et in posterum effectus habeant.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Iulii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 118688.

III

In Norvegia Nuntiatura Apostolica constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Magnopere curae est Nobis ad effectum consilia adducere, quibus putamus commune religionis et Civitatis bonum ubicumque terrarum conquiri comparari foveri posse. Quare morem Apostolicae Sedis perantiquum sequimur, quae in variis orbis Nationibus per suas Nuntiaturas, bic illic opportune conditas, providenter effecit ut publicae necessitudinis rationes sibi cum qualibet Civitate iunctae confirmarentur confirmataeque prosperarentur. Hac ipsa de causa, nominatim Norvegiam cogitantes, vi et potestate Nostra Apostolica per has Litteras Nuntiaturam Apostolicam illic condimus eique officia privilegia indulta tribuimus cuiusque Legationis Apostolicae propria. Quae singula autem edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae, in modum Brevis maioris expeditae, vim suam et effectus nunc et in posterum habeant. Contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Augusti, anno Domini MCMLXXXII, Pontificatus Nosfri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 114817.

IV

In Suetiae natione Apostolica constituitur Nuntiatura.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum denique pacis optatae ac prosperitatis, quanta insuper ipsius progressionis socialis semina tum societati civili adferat amicitia publice contracta necnon adsiduus necessitudinis usus frequentatus inter hanc Sedem Apostolicam ac per orbem terrarum nationes, nemo profecto est quin videat Nosque ipsi magis immo in dies experimur. Quae quidem ipsa causa dignissima Nobis videtur cur iam cum Suetiae Civitate arctiora coniunctionis vincula conserantur per institutum Apostolicae Nuntiaturae et opus Legati

Nostri eandem apud Nationem. Idcirco, universis perdiligenter expensis rebus ac negotii rationibus, summa Nostra potestate harumque Litterarum Apostolicarum virtute apud nationem *Suetiae* erigimus legitime atque constituimus *Nuntiaturam Apostolicam,* cui simul omnia ac singula deferimus officia, privilegia et indulta quae sunt Legationum huius modi propria. Quae ideo omnia ita edicimus ac statuimus ut Apostolicae hae Litterae tam nunc quam in posterum tempus suam exserant vim, contrariis nequaquam obstantibus rebus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Augusti anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. II48I8.

V

Apostolica Nuntiatura in Dania constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex ipso quo fungimur munere animorum saluti prospiciendi consequitur ut diligentissime curemus publicas necessitudinis et amicitiae rationes inter civiles civitates et Apostolicam hanc Sedem ineundas initasque fovendas et prosperandas. Eam ob causam, re bene considerata et perpensa, Apostolica Nostra usi auctoritate et potestate, per has Litteras condimus apud Regnum Daniae Apostolicam Nuntiaturam, cuius sedes erit Hauniae, in Regni urbe principe, eidem omnia iura dantes et privilegia et honores et indulta eiusmodi Legationum propria. Quae autem hic edicimus et statuimus, vim volumus habere et nunc et in posterum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Augusti, anno MDCCCCLXXXIV Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 115274.

VI

Sinitur Archiepiscopus Messanensis nomine atque auctoritate Summi Pontificis imaginem B. M. W. a divina Providentia coronare, quae in urbe Montalbano Elicona, in eadem archidioecesi, colitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui singulari semper amore beatissimam Virginem Mariam, Christi Matrem, hominum decus caelique florem, prosecuti sumus et prosequimur, libenti animo ea omnia Nos gerimus Ipsi, e quibus non solum laus tantae Matris et nomen augeri providerimus, in Filii nempe gloriam, sed solidae etiam pietatis incrementum in fidelium pectoribus nasci posse intellexerimus. Qua re, cum Venerabilis Frater Ignatius Cannavo, Archiepiscopus Messanensis, sive de sui gregis profectu, sive de caelestis Matris honore sollicitus, id ab hac Apostolica Sede petierit suo clerique populique nomine, ut imago B. M. V. quam populari titulo ((Maria Santissima della divina Providenza» cognominant quamque in sacra aede urbis Montalbano Elicona tota fere archidioecesis Messanensis casta pietate veneratur, nomine et auctoritate Nostra redimire posset, Nos, aeque Pastoris aeque gregis preces excipientes, libenti et aequo animo petita concedimus. Poterit ergo Venerabilis Frater Ignatius Cannavo quae oravit agere, atque sive per se ipse sive per alium, quem designaverit, imaginem illam celebrem B. M. V. a divina Providentia nomine at auctoritate Nostra sollemni caerimonia coronare, ad statas normas. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, capta occasione, caelestem Virginem in vota vocamus, ut sive egregio Praesuli, sive fideli eius populo praestita obsequia gratiae rore atque uberi providentia rependat.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvui mensis Augusti, anno MDCCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 115526.

NUNTII GRATULATOMI

I

VENERABILI FRATRI NOSTRO PAULO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI MUÑOZ VEGA ARCHIEPISCOPO METROPOLITAE QUITENSI.

Muneribus officiisque tantis distentí, quae Nos circumstant, magno semper gaudio afficimur, quotiens prosper aliquis Venerabilium Fratrum Nostrorum eventus eos ad serenam laetitiam vocari monet; quibuscum sane et suavissimis sensibus perfundimur, et gratias agimus Deo, et pia vota facimus, ut quot ab iis celebratur et colitur, etiam Ecclesiis, quibus praesunt, bonum faustum, felixque sit.

Hodie autem fons atque causa gaudii Nostri memoria sacerdotii tui quinquagesima est, Venerabilis Frater Noster, quae in diem xxv mensis Iulii incidet, quamque animus tuus, ita credimus, desiderio iam praecipit. Ac tibi, Venerabilis Frater Noster, nihil gratius atque iucundius quam ad illa beata tempora remeare, cum tu vigens iuventa, acer in bonis, egregius in pietate, Deo totus adhaesisti, cui anno MCMXXXIII et initiatus es, hostia simul in Christi similitudinem, simul mediator Dei et hominum; Dei, dicimus, rerum hominumque auctoris, cuius honorem quaereres; hominum, praeterea, quos summo Patri sacramentorum gratia reconciliares, Eucharistia nutrires, pasceres verbo Dei, quod profecto auctore Isaia (cf. 55, 11) numquam vacuum redit in caelum.

Cum autem anno MCMLXIV sacerdotio episcopatus accessit iam sociato tibi cum Apostolorum successoribus tam conspicuus datus est honor, ut nullus iam amplior in terris. At quam grave simul onus, et quam operosum negotium I Iussi sunt enim Apostoli a Christo ut essent lux mundi super candelabrum collocata, et sal a malo prohibens; item ut, invecto cunctis gentibus evangelio, cunctos ad salutem vocarent: qua re ut nihil praestantius, ita difficilius nihil.

Qua vero ratione tu, Venerabilis Frater Noster, sacerdotium atque episcopatum gesseris, pietas tua egregia docet cum suavissimis moribus coniuncta pectus imbuens; et prudentia in eligendis quae fidelium bono conducerent; et caritas, prodiga sui, in omnes, maxime in sacerdotes atque Religiosos, quos fratrum loco habere consuevisti: quare bene in te recidunt beati Augustini verba: « Semper habet unde det qui pectus habet plenum caritatis» (In Ps, 32, 11, 13).

Ceterum cum animi laudibus similes etiam in te ingenii dotes insunt: doctrina, scientia, studium rerum divinarum, sanae disciplinae amor, quod valium semper fuit religionis tuendae ; ceterae quae te ornant. Neque mirum si his sapientiae donis instructus, multa providens, multa egeris, neque fere ager fuerit in Ecclesia quem non araveris uberi fructu: docuisti'enim egregius magister; Studiorum Universitatem atque Provincias Societatis Iesu rexisti, prudenter : Coadiutorem egisti in Quitensi metropoli; cui frequentissimae Ecclesiae iamdiu et moderaris cum omnium bonorum laude.

Ne singula, Venerabilis Frater Noster, tamen haec placet in medium proferre : multiplicasse te paroecias, earumque aptiorem te dispositionem curasse; populi institutioni omni ope intendisse, magistris tradendae doctrinae magna cura comparatis; tempus te produxisse praeparationis ad singula sacramenta ; sacrum Seminarium te ceu oculos amasse, utpote sapientiae atque futurorum sacerdotum officinam; cetera.

Est ergo, Venerabilis Frater Noster, cur tu laeteris, Ecclesia gaudeat, Nos tibi vehementer gratulemur. Pignus autem dilectionis Nostrae atque benevolentiae divinae signum sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Auxiliaribus, clero populoque tuo impertimus, ac quotquot te amant.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxx mensis Iunii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PAULUS PP. II

II

VENERABILI FRATRI NOSTRO CAROLO S. R. E. CARD. CONFALONIERI EPISCOPO TIT. OSTIENSI ET PRAENESTINO, SACRI COLLEGII DECANO.

Die **XXV** ipsius mensis Iulii, nonaginta anni vitae tuae complebuntur, quasi fluvius praeteriens largissimus : manipulus annorum sane venerabilis, qui te longaevis Patriarchis quodammodo assimulant. Atque, ut mens humana ultro ac libenter ad illa hominum primordia remeat, sic animus tuus, meta illa propinquante, avide ad initia vitae redibit, laetitia perfusus. Quin, multi illa die, simul affectu, simul acti veneratione erga te, Personam tuam, Venerabilis Frater Noster, adibunt, quae pectus prae gaudio premunt tibi declaraturi, ob hoc maxime laeti, quod Deus benigno consilio vitam tuam longius pro-

duxerit atque prorogaverit, idque supplicantes, ut in posterum quoque tempus pari benignitate ad te, fidelem servum, respiciat.

In bis autem, Yenerabilis Frater Noster, qui te sancte colunt, et Nos annumera : Qui iam pridem acta tua et perspecta habuimus, et magni fecimus, maxime post adeptum Pontificatum. Quare et laetamur una tecum, et cum bonis omnibus gaudemus.

In aeronavium portu « Kraków-Balice » ad ecclesiasticas et civiles Auctoritates habita.*

Szanowny Panie Profesorze, Przewodniczący Rady Państwa,
Szanowni Przedstawiciele Władz!

Pragnę podziękować Panu Przewodniczącemu za słowa wypowiedziane przed chwilą w imieniu własnym oraz najwyższych Władz Polskiej Rzeczypospolitej Ludowej.

Dziękuję za to, że dane mi było w ciągu minionych dni odwiedzić moją Ojczyznę, spełniając na wielu miejscach posługę duszpasterską Biskupa Rzymu. Okoliczność, że ten Biskup Rzymu jest Polakiem, rodzi jakby szczególne zapotrzebowanie na jego obecność wśród Rodaków, zwłaszcza w momentach tak doniosłych, jak Jubileusz Jasnej Góry.

Pragnę przy zakończeniu tych odwiedzin, pod adresem Władz pań-

[11] 15.6.1982 r., n. 7.
[12] *Ef 2,* 20.

* Die 23 m. Iunii 1983.

stwowych, a także podległych im Władz terenowych w Warszawie, Skierniewicach (Niepokalanów), Częstochowie, Poznaniu, Katowicach, Wrocławiu, Opolu (Leśnica-Góra Świętej Anny) i Krakowie, wyrazić raz jeszcze podziękowanie za wszystko, co uczyniły, aby niniejsze odwiedziny mogły się odbyć w sposób zgodny z ich szczególnym charakterem. Zdaję sobie sprawę z tego, jak wiele trzeba było poświęcić wysiłku i starań.

Słowa podziękowania kieruję pod adresem różnego rodzaju służb czuwających nad porządkiem oraz moim i pielgrzymów bezpieczeństwem; a także służb lotniczych, sanitarnych, transportu, łączności, środków społecznego przekazu i innych. Myślę w sposób szczególny o wszystkich tych służbach i osobach, które towarzyszyły mi i towarzyszą na szlaku tej pielgrzymki. Składam im wyrazy uznania za sprawną i ofiarną organizację.

Bardzo też zależy mi na tym, aby moje podziękowanie w tej chwili dotarło do wszystkich instytucji i środowisk; więcej jeszcze — zależy mi na tym, aby w moim «serdecznie dziękuję» odnalazła swoje miejsce każda bez wyjątku osoba, która miała jakiś udział w przeprowadzeniu tych odwiedzin.

Księże Kardynale Prymasie! Dziękuje za słowo końcowe, wypowiedziane przed chwilą imieniem Episkopatu i Kościoła w Polsce. Dziękuję za obecność Kardynałowi Metropolicie Krakowskiemu i wszystkim przedstawicielom Episkopatu i Kościoła.

Uważam to za szczególną łaskę Bożą, za szczególny znak Opatrzności, że dane mi było uczestniczyć w tym ojczystym jubileuszu Jasnej Góry; że mogłem po sześciu wiekach obecności Bogarodzicy w Jej jasnogórskim wizerunku wyśpiewać razem z Wami polskie ((Te Deum laudamus)). Że mogłem razem z Wami zaprosić Chrystusa wraz z Jego Matką do tej naszej Kany Galilejskiej na dalsze lata i pokolenia. Że mogłem to uczynić, radując się wspólnie z moimi Rodakami pierwszym polskim świętym drugiego tysiąclecia — Maksymilianem Kolbe — oraz nowymi błogosławionymi.

Uważam to za szczególny dar Pani Jasnogórskiej, że dane mi było pójść w pielgrzymce do Jej sanktuarium zarówno od strony Warszawy i Niepokalanowa, jak też od strony Poznania, od strony Wrocławia i Góry Świętej Anny, jak wreszcie od strony mojego rodzinnego Krakowa.

Niech mi wolno będzie dodać do tego jeszcze jeden dar ziemi polskiej:

mogłem w dniu dzisiejszym spojrzeć z bliska na Tatry i odetchnąć powietrzem mej młodości.

3. Jeszcze raz pragnę powtórzyć to, co powiedziałem w momencie powitania. Odwiedziny moje, choć przebiegały drogami przed chwilą wymienionymi — były równocześnie skierowane do całej ojczyzny i do wszystkich Rodaków. I tak jak w dniu przybycia witałem szczególnie te miasta i te środowiska, które tym razem nie znalazły się na trasie mojej pielgrzymki — tak też pragnę je w szczególny sposób pożegnać, dziękując zwłaszcza tym, którzy starali się spotkać Papieża w innych ośrodkach, przebywając czasem wiele kilometrów.

4. Podczas mojego pielgrzymowania do ojczystej ziemi podkreślałem wielokrotnie, że Polska jest dobrem wspólnym całego Narodu i na to dobro muszą być otwarci wszyscy jej synowie i córki; bo takie dobro domaga się stałego i rzetelnego wysiłku całego społeczeństwa. Pragnę bardzo, by stopniowo pokonane zostały piętrzące się trudności, by Polacy mogli budować owocnie swoje dziś i jutro.

Naród bowiem, jak mówiłem w Warszawie, musi żyć i rozwijać się o własnych siłach.

Odjeżdżając, pragnę jeszcze raz ogarnąć wzrokiem i sercem całą tę ziemię. Pragnę spojrzeć na wielkie obszary polskiej pracy, stanąć przy każdym warsztacie pracy, dużym i małym, na roli, w przemyśle, przy warsztacie pracy twórczej — wszędzie tam, gdzie pracuje człowiek. Pragnę stanąć przy każdym człowieku pracy.

Życzę, by w tę pracę wpisany był cały, właściwy tej dziedzinie życia ludzkiego ład moralny, by wszyscy mogli, w pełni wewnętrznego pokoju, przy zabezpieczeniu praw i poszanowaniu godności człowieka i jego pracy, we wzajemnym zaufaniu odnajdywać i zgłębiać sens tego podstawowego powołania człowieka, jakim jest właśnie praca ludzka. Sens, który jest z kolei najgłębszym i skutecznym motywem mobilizującym człowieka od wewnątrz.

Życzę też, by w takich warunkach praca była wykonywana w duchu miłości społecznej, o której mówiłem w Katowicach: by w niej człowiek odnajdywał siebie i poprzez nią służył innym oraz dobru własnego kraju.

Pragnę i życzę mojej Ojczyźnie, by w tę polską pracę wprowadzona była cała ewangelia pracy, zarówno ta, która zabezpiecza człowieka i jego godność i prawa, jak i ta, która zobowiązuje, która jest

sprawą sumienia i poczucia odpowiedzialności. Prawa bowiem i obowiązki są ściśle ze sobą powiązane.

Osobiście życzę Władzom państwowym, ażeby powyższe warunki budowały dobro wspólne Ojczyzny i zabezpieczały zasłużone miejsce Państwa Polskiego (Polskiej Rzeczypospolitej Ludowej) pośród narodów Europy i świata.

5. Żegnając się z mymi Rodakami w Krakowie — tym mieście, które widziało trudne chwile Ojczyzny, ale było też świadkiem okresów jej największego rozkwitu — życzę, aby raz jeszcze, pod opieką Pani Jasnogórskiej, dobro okazało się na ziemi polskiej potężniejsze od zła — i odniosło zwycięstwo.

I o to stale się modlę.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

EPISTULA

Ad Ecclesiae Catholicae episcopos de quibusdam quaestionibus ad Eucharistiae ministrum spectantibus.

I - INTRODUCTIO

1. SACERDOTIUM MINISTERIALE seu hierarchicum essentia non gradu tantum a communi fidelium sacerdotio differre docens, Concilium Vaticanum II eo ipso fidei certitudinem expressit, iuxta quam tantummodo Episcopi et Presbyteri potestate gaudent Eucharisticum mysterium peragendi. Quamvis, enim, fideles universi unum idemque Christi sacerdotium participent et in oblationem Eucharistiae concurrant, solum tamen sacerdos ministerialis, vi sacramenti Ordinis, potestate gaudet sacrificium Eucharisticum conficiendi in persona Christi illudque totius christiani populi nomine offerendi.[1]

2. At postremis hisce annis opiniones coeptae sunt propagari, interdum in vitae usum traductae, quae, praedicta magisterii doctrina denegata, intimam Ecclesiae vitam vulnerant. Hae opiniones, variis formis et argumentis propositae, fideles etiam attrahere incipiunt sive quia scientifico fundamento fulciri dicuntur, sive quia ita perhibentur, ut necessitatibus curae pastoralis christianarum communitatum earumque vitae sacramentalis respondere videantur.

[1] Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* nn. 10, 17, 26, 2&; Const. *Sacrosanctum Concilium,* n. 7; Decr. *Christus Dominus,* n. 15; Decr. *Presbyterorum ordinis,* nn. 2 et 3. Cfr. etiam Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium fidei* d. 3 sept. 1965: *AAS* 57 (1965), p. 761.

3. Haec igitur Sacra Congregatio, desiderio permota auxiliatricem suam operam sacris Pastoribus offerendi in spiritu collegialis affectus, hic sibi proponit quaedam in mentem revocare ex essentialibus doctrinae Ecclesiae capitibus de ministro Eucharistiae, quae per vivam Traditionem transmissa sunt atque in praecedentibus ecclesiastici magisterii documentis iam continentur.[2] Ipsa integrum doctrinae conspectum de ministerio sacerdotali a Concilio Vaticano II prolatum praesupponens, in praesentibus rerum adiunctis necessitatem interventus urgere existimat, ut peculiare hoc essentiale munus sacerdotis clariore in luce ponatur.

II - **ERRONEAE OPINIONES**

1. Novarum opinionum fautores affirmant quamlibet christianam communitatem, eo ipso quod adunatur in nomine Christi ac proinde indivisa Eius praesentia fruitur (cf. *Mt* 18, 20), omnibus gaudere potestatibus, quas Dominus Ecclesiae suae concedere voluit.

Praeterea existimant Ecclesiam esse apostolicam hoc sensu, quod omnes, qui per sacrum Baptisma abluti sunt eidemque aggregati et muneris Christi sacerdotalis, prophetici et regalis participes facti revera etiam Apostolorum successores habendi sunt. Quoniam vero in Apostolis Ecclesia tota praefiguratur, inde sequeretur ut verba quoque institutionis Eucharistiae, ad eos quidem directa, omnibus destinata essent.

[2] Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei,* d. 20 nov. 1947: *AAS* 39 (1947), p. 553; Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni,* d. 8 dec. 1970: *AAS* (1971), p. 99; Documenta Synodi Episcoporum, a. 1971: *De sacerdotio ministeriali,* Pars prima: *AAS* 63 (1971), pp. 903-908; S. Congregatio pro Doctrina Fidei, Declaratio *Mysterium Ecclesiae,* d. 24 iun. 1973, n. 6: *AAS* 65 (1973), pp. 405-407; Declaratio *De duobus operibus Professoris Ioannis Kiing,* d. 15 febr. 1975: *AAS* 67 (1975), p. 204; Declaratio *Inter insigniores,* d. 15 oct. 1976, n. 5: *AAS* 69 (1977), pp. 108-113; Ioannes Paulus II, Epist. *Novo incipiente nostro* ad universos Ecclesiae Sacerdotes, d. 8 apr. 1979, nn. 2-4: *AAS* 71 (1979), pp. 395-400; Epist. *Dominicae cenae* ad universos Ecclesiae Episcopos, d. 24 febr. 1980, nn. 1-11: *AAS* 72 (1980), pp. 115-134.

2. Inde fit etiam ut ministerium Episcoporum et Presbyterorum, quantumvis necessarium ad rectum Ecclesiae ordinem, a communi fidelium sacerdotio non differat ratione participationis sacerdotii Christi sensu quidem stricto, sed ratione tantum exercitii. Quam ob rem munus moderandi, uti aiunt, communitatem — quod coniunctum habet munus verbi Dei praedicandi et sacrae Synaxi praesidendi — nonnisi mandatum esset ad rectum tuendum communitatis ordinem collatum, ac proinde « sacrum effici » non deberet. Vocatio ad tale ministerium novam capacitatem « sacerdotalem » non adderet sensu stricto — idque est causa cur plerumque ipsa vox « sacerdotii » vitetur — nec characterem imprimeret, quo quis ontologice constitueretur in condicione ministrorum, sed dumtaxat exprimeret coram communitate capacitatem initialem, quae per Baptismum collata est, ad effectum deduci.

3. Vi autem apostolicitatis singularum communitatum localium, in quibus non minus quam in structura episcopali Christus praesens adesset, quaelibet communitas, quantumvis exigua, si forte diu privaretur constitutivo illo suo elemento quod est Eucharistia, tunc posset « resumere » originariam suam potestatem ac iure gauderet suum praesidem atque animatorem designandi eique conferendi omnes facultates ad ipsam communitatem moderandam necessarias, ea non excepta quae ad praesidendum Eucharistiae eamque consecrandam spectat. Affirmatur etiam Deum ipsum renuere non posse, in iisdem rerum adiunctis, illam potestatem etiam sine sacramento concedere, quam per sacramentalem Ordinationem conferre solet.

Ad huiusmodi conclusionem hoc etiam conducit, quod Eucharistiae celebratio saepe intellegitur tamquam simplex actus communitatis localis, quae adunatur ad ultimam Cenam Domini commemorandam per fractionem panis. Quare ageretur de convivio fraterno in quo communitas adunatur et exprimitur, potius quam de renovatione sacramentali sacrificii Chri-

sti, cuius salvifica efficacia ad universos homines extenditur, praesentes vel absentes, sive vivos sive defunctos.

4. Ex altera parte, in nonnullis regionibus erroneae opiniones circa necessitatem ministrorum ordinatorum in celebratione eucharistica, hoc etiam effecerunt ut quosdam inducerent ad minus in dies momentum tribuendum sacramentis Ordinis et Eucharistiae in catechesi tradenda.

III - DOCTRINA ECCLESIAE

1. Opiniones supra memoratae, etsi formis sat variis atque extenuatis proponuntur, omnes tamen ad eandem conclusionem conspirant: scilicet potestatem conficiendi Sacramentum Eucharistiae non necessario conexam esse cum Ordinatione sacramentali. Manifesto patet hanc conclusionem componi nullo modo posse cum tradita fide, quia non solum hoc modo respuitur potestas sacerdotibus collata, sed etiam tota apostolica Ecclesiae structura laeditur, atque ipsa oeconomia sacramentaria salutis subvertitur.

2. Secundum Ecclesiae doctrinam, verbum Domini et vita divina ab Ipso donata inde ab initio extare atque participari debent in unico corpore, quod ipse Dominus sibi per saeculorum decursum aedificat. Hoc corpus, scilicet Ecclesia Christi, ab Ipso donis ministrationum iugiter dispositum « per nexus et coniunctiones subministratum et conexum crescit in augmentum Dei *(Col* 2, 19) ».[3] Haec ministrationum structura in sacra Traditione explicatur ope triplicis potestatis Apostolis eorumque successoribus traditae, nempe sanctificandi, docendi ac regendi nomine Christi.

Apostolicitas Ecclesiae non ita intellegenda est ut omnes

[3] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* nn. 7, 18, 19, 20; Decr. *Christus Dominus,* nn. 1 et 3; Decr. *Presbyterorum ordinis,* n. 2.

fideles sint Apostoli,[4] etsi collectivo modo ; nec ulla communitas potestate gaudet conferendi ministerium apostolicum, quod fundamentaliter ab ipso Christo Domino conceditur. Ecclesia, igitur, cum se per Symbola apostolicam profitetur, praeter concordiam magisterii sui cum doctrina Apostolorum, continuitatem exprimit muneris Apostolorum, ope structurae successionis effectam, vi cuius missio apostolica usque ad consummationem saeculorum permaneat oportet.[5]

Huiusmodi Apostolorum successio, qua Ecclesia tota constituitur apostolica, pertinet ad vivam Traditionem, quae inde ab initio in Ecclesia facta est atque esse pergit forma vitae ipsius Ecclesiae. Quare a recto tramite aberrant, qui huic vivae Traditioni singulas Scripturarum partes opponunt, ex quibus ius ad alias structuras deducere volunt.

3. Catholica Ecclesia, quae saeculorum decursu crevit atque crescere pergit vi donatae sibi vitae a Christo Domino per effusionem Spiritus Sancti, semper suam retinuit apostolicam structuram, fideliter servans Apostolorum traditionem quae in ea vivit atque perseverat. Ipsa, dum manus imponit super electos una cum invocatione Spiritus Sancti, conscia sibi est se ministrare virtutem Domini, qui Episcopos, Apostolorum successores peculiari modo participes efficit triplicis sui muneris sacerdotalis, prophetici et regalis. Episcopi vicissim munus ministerii sui, vario gradu, variis subiectis in Ecclesia tradunt.[6]

Quamobrem, etsi omnes baptizati coram Domino eadem gaudent dignitate in christiana communitate quam eius divinus Conditor voluit hierarchice constitutam, nihilominus inde ab eius primordiis extant peculiaria apostolica munera, quae e sacramento Ordinis profluunt.

4. Inter haec munera, quae Christus unice Apostolis eorumque successoribus commisit, recensenda est potestas Euchari-

[4] **Cfr. Conc. Tridentinum, *Doctrina de sacramento ordinis,* cap. 4: *DS* 1767.**

[5] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 20.**

[6] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 28.**

stiam conficiendi. Solis igitur Episcopis, itemque Presbyteris quos ipsi participes effecerunt ministerii accepti, reservata est potestas renovandi in mysterio Eucharistico id quod Christus peregit in ultima Cena.[7]

Quos autem ad Episcopatum et Presbyteratum vocat, Christus Dominus, ut iidem munera sibi credita peculiarique modo munus tam grave conficiendi mysterium Eucharisticum adimplere valeant, eos speciali sigillo per sacramentum Ordinis spiritualiter signat, « charactere » appellato etiam in solemnibus Magisterii documentis,[8] eosque sibi ita configurat ut ipsi dum proferunt consecrationis verba non communitatis mandato, sed agant « "in persona Christi", quod plus sane significat quam "nomine Christi" vel etiam "Christi vicem" cum celebrans ratione peculiari et sacramentali idem prorsus sit ac "summus aeternusque Sacerdos" qui Auctor est princepsque Actor huius proprii sui Sacrificii, in quo nemo revera in eius locum substitui potest » .[9]

Cum autem ex ipsa Ecclesiae natura potestas consecrandi Eucharistiam concredita sit solis Episcopis et Presbyteris qui eius ministri constituuntur vi sacramenti Ordinis suscepti, Ecclesia docet in unaquaque communitate mysterium Eucharisticum a nullo nisi a sacerdote ordinato celebrari posse quod expressis verbis Concilium Lateranense IV declaravit.[10]

[7] Id confirmat usus in Ecclesia receptus Episcopos et Presbyteros appellandi sacerdotes sacri cultus, hac praesertim de causa, quod ipsis tantummodo agnita est potestas conficiendi mysterium Eucharisticum.

[8] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 21; Decr. *Presbyterorum ordinis,* n. 2.

[9] Ioannes Paulus II, Epist. *Dominicae cenae,* n. 8: *AAS* 72 (1980), pp. 128-129.

[10] Conc. Lateran. IV, Const. de Fide catholica *Firmiter credimus:* «Una vero est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem potestate divina: ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus, secundum claves Ecclesiae, quas ipse concessit Apostolis eorumque successoribus Iesus Christus» *(DS* 802).

Singulis fidelibus aut communitatibus, qui persecutionum causa vel ob sacerdotum penuriam brevi aut etiam diuturno tempore sacrae Eucharistiae celebratione privantur, gratia Redemptoris utcumque non deest. Etenim, cum voto sacramenti intime animati atque cum universa Ecclesia precando coniuncti, Dominum invocant ad Eumque corda sua erigunt, ipsi, virtute Spiritus Sancti, cum Ecclesia, vivo Christi Corpore, et cum Domino ipso communione fruuntur. Iidem, igitur, voto sacramenti cum Ecclesia coniuncti, quamvis externe longinqui videantur, nihilominus intime ac realiter cum ea communicant, ac proinde sacramenti fructus percipiunt; qui vero illegitime ius sibi arrogant mysterium Eucharisticum conficiendi, eo tandem deveniunt, ut communitatem in se ipsa clausam efficiant.[11]

Cuius rei conscientia tamen minime eximit Episcopos, sacerdotes omniaque Ecclesiae membra a gravi obligatione precandi <(Dominum messis », ut pro temporum locorumque necessitatibus operarios mittat (cf. Mí 9, 39 sq.), itemque omnibus viribus adlaborandi ut humili generosoque animo audiatur atque excipiatur vox Domini ad sacerdotium ministeriale capessendum invitantis.

IV - ADHORTATIO AD VIGILANDUM

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, attentos faciens sacros Ecclesiae Pastores ad haec doctrinae capita, auxilium afferre exoptat eorum ministerio, quod attinet ad pascendum Dominicum gregem pabulo veritatis, ad depositum fidei custodiendum atque ad integram servandam Ecclesiae unitatem. Prorsus oportet ut fortes in fide obsistamus erroribus, etsi pie-

[11] Cfr. Ioannes Paulus II, Epist. *Novo incipiente nostro,* n. 10: *AAS* 71 (1979), pp. 411-415. Circa efficaciam voto sacramenti propriam cfr. Conc. Tridentinum, Decr. *De iustificatione,* cap. 4: *DS* 1524; Decr. *De sacramentis,* can. 4: *DS* 1604; Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 14; S. Officium, *Epist, ad archiep. Bostoniensem,* d. 8 aug. 1949: *DS* 3870 et 3872.

tatis speciem prae se ferant, eo quidem consilio, ut, veritatem facientes in caritate (cf. *Eph* 4, 15), errantes complecti possimus in caritate Domini. Fideles, qui Eucharistiam celebrare attentant extra sacrum successionis apostolicae vinculum in sacramento Ordinis fundatum, sese excludunt a participanda unitate cum unico corpore Domini, ac proinde neque aiunt neque aedificant communitatem, sed eam destruunt.

Sacrorum Pastorum, igitur, officium est vigilare ne in catechesi et in sacra theologia tradenda praedictae erroneae opiniones serpere pergant, ac praesertim ne in usum christianae vitae traducantur; quod si casus huius generis forte contingant, tunc ipsi sacra obligatione obstringuntur hos errores publice reprobandi tamquam prorsus alienos a celebratione Eucharistici sacrificii et in ecclesialem communionem iniuriosas. Ita sese gerere debent erga eos quoque, qui minuant essentiale momentum, quod pro Ecclesia habent sacramenta Ordinis et Eucharistiae. Etenim ad nos quoque pertinent haec verba: « Praedica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina... vigila in omnibus, labora, opus fac evangelistae, ministerium tuum imple » (*£ Tim* 4, 2-5).

Collegialis sollicitudo, igitur, hisce in adiunctis ad concretam applicationem perducatur, ita quidem ut Ecclesia indivisa, etsi distincta variis Ecclesiis localibus in unum conspirantibus,[12] depositum custodire valeat sibi a Deo per Apostolos commissum; siquidem fidelitas erga Christi voluntatem et christiana dignitas postulant, ut tradita fides semper eadem permaneat atque hoc modo fidelibus universis pacem afferat in credendo (cf. *Rom* 15, 13).

Hanc Epistulam in Conventu ordinario huius S. Congregationis deliberatam, Summus Pontifex Ioannes Paulus II,

[12] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* n. 23.

in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto concessa, adprobavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 6 Augusti, in festo Transfigurationis Domini, anno 1983.

IOSEPH Card. **RATZINGER**
Praefectus

© Fr. **HIERONYMUS HAMER**, O.P.
Archiepiscopus tit. Loriensis
Secretarius

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die llf Iulii 1983. — Cathedrali Ecclesiae Mimatensi R. D. Rogerum Meindre e clero dioecesis S. Fiori, curionem paroeciae vulgo Riom-ès-Montagnes.

die 28 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Legionensi Exc.mum P. D. Ioannem Angelum Belda Dardiñá, hactenus Episcopum Iacensem.

die 2 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Lapdensi R. D. Maximilianum Ziegelbauer, canonicum Capituli cathedralis Augustanae Vindelicorum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Stimpfle, Episcopi Augustanae Vindelicorum.

die 13 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Insulensi Exc.mum P. D. Ioannem Vilnet, hactenus Episcopum S. Deodati.

die 25 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Hildesiensi R. D. Iosephum Homeyer, e clero dioecesis Monasteriensis, Conferentiae Episcoporum Reipublicae Foederatae Germaniae a Secretis.

— Cathedrali Ecclesiae Spirensi R. D. Antonium Schlembach, Vicarium Generalem Herbipolensis dioecesis.

die 2 Septembris. — Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Iacobi Gleeson, Archiepiscopi Adelaidensis, Exc.mum P. D. Leonardum Faulkner, hactenus Episcopum Tovnsvillensem.

die 3 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Veszprimiensi Exc.mum P. D. Iosephum Szendi, hactenus Episcopum titularem Stephaniacensem.

die 8 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Nemptodurensi Exc.mum P. D. Franciscum Favreau, hactenus Episcopum Rupellensem.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Emmanuelis D'Almeida Trindade, Episcopi Aveirensis, Exc.mum P. D. Antonium Baltazar Marcelino, hactenus Coadiutorem sine iure successionis eiusdem Antistitis Ecclesiae Aveirensis.

die 29 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Pensacolensi-Tallaseiensi, Exc.mum P. D. Iosephum Keith Symons, hactenus Episcopum tit. Siguitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Letaeae, R. P. Angelum Acerra, O. S. B., hactenus militum cappellanum, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Terentii S. R. E. Cardinalis Cooke, Ordinarii Vicariatus Castrensis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis.

— Ordinarium ad nutum Sanctae Sedis cathedralis Ecclesiae Timisoariensis R. D. Sebastianum Kräuter cum iuribus et officiis Administratoris Apostolici propriis.

— Ordinarium ad nutum Sanctae Sedis cathedralis Ecclesiae Magnovaradinensis Latinorum R. D. Stephanum Daszkal cum iuribus et officiis Administratoris Apostolici propriis.

die 5 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Cuschensi Exc.mum P. D. Alcidem Mendoza Castro, hactenus Archiepiscopum titularem Pederodianensem et Vicarium Castrensem Reipublicae Peruvianae.

die 10 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Pittsburgensi, Exc.mum P. D. Antonium Bevilacqua, hactenus Episcopum tit. Aquam Albam in Byzacena.

die 13 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Menevensi R. P. Iacobum Hanningan, Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Candimendensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Guidonem Casullo, hactenus Episcopum Praelatum eiusdem sedis.

die Uf Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Crossensi, Exc.mum P. D. Ioannem Paul, hactenus Episcopum tit. Lambaesitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sociensi, R. D. A. Iacobum Quinn, e clero dioecesis Clevelandensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Pilla, Episcopi eiusdem Sedis.

die 19 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Roterodamensi Exc.mum P. D. Ronaldum Philippum Bär, O. S. B., hactenus Episcopum titularem Legensem.

— Coadiutorem ei. s. Exc.mi P. D. Teodori Henrici Zwartkruis, Episcopi Harlemensis, Exc.mum P. D. Henricum Iosephum Aloisium Börners, hactenus Episcopum titularem Avioccalensem et Vicarium Apostolicum Nekemteënsem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi Concordiae R. P. Iosephum F. Lescrauwaet, e Congregatione Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu et in facultate theologica Universitatis catholicae Lovanii professorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Theodori Henrici Zwartkruis, Episcopi Harlemensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Burgensi Exc.mum P. D. Theodorum Cardenal Fernandez, hactenus Episcopum Oxomensem-Sorianum.

die 22 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Harlemensi Exc.mum P. D. Henricum Iosephum Aloisium Börners, qui prius Coadiutor c. i. s. Exc.mi P. D. Theodori Henrici Zwartkruis, bo. me., constitutus, nondum sui officii possessionem coeperat.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

PATAVINA

Canonizationis Beati Leopoldi Mandic, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Leopoldus, in saeculo Adeodatus (Bogdan) Mandic, in oppido *Castronovo*, vulgo *Herceg-Novi*, dioecesis Catharensis, in Croatia inferiore, die 12 Maii a. 1866 natus est.

Admodum iuvenis, studiosus se Deo vovendi ut apud gentes orientales missionarius evaderet, domum patriam reliquit et Seminarium Capuccinorum Utinense ingressus est. Die 2 Maii a. 1884 in Provincia Veneta habitum seraphicum induit; et novitiatus anno rite peracto, professionem simplicem die 15 Maii a. 1885, perpetuam vero die 28 Octobris a. 1888 emisit; tandem die 20 Septembris a. 1890 sacerdotio auctus est. Deinde variis in locis eiusdem provinciae Venetae sacro ministerio, praesertim audiendis confessionibus sollertem navavit operam.

Ad coenobium Patavinum anno 1909 destinatus, per quadraginta fere annos ibi moratus est; nullam cotidie interponens quietem, miti serenoque animo omnes promptus excipiebat; ne ullo quidem umquam

fastidio commotus, continuas dolorum enarrationes auscultando, mäestis laetitiam ferebat deviosque ad iter rectius revocábate

Vinculis corporis solutis, die 30 Iulii anno 1942 ad aeterñi gaudii sedem piissime transiit.

Percrebrescente in dies eius sanctitatis fama et paucis elapsis annis ab eius obitu, inchoati sunt processus informativi super fama sanctitatis et virtutum in genere. Introducta est eius Causa die 25 Maii anno 1962. Edito die 1 Martii a. 1974 Decreto super heroicis virtutibus, post approbationem duorum miraculorum die 12 Februarii a. 1976, Paulus VI die 2 Maii eodem anno beatorum Caelitum honoribus eum cumulavit.

Post beatificationem multi insignes favores, eodem beato intercedente, a Deo patrati sunt. Quos inter Causae Actores elegerunt sanationem dominae Elisabeth Ponzolotto a morbo, qui eius artum inferiorem sinistrum perculit, et Apostolicae Sedis examini submiserunt.

Praedicta Elisabeth Ponzolotto die 20 Augusti a. 1920 in oppido *Ronchi di Ala* nata est. A tenera aetate infirma valetudine fuit. Ab anno 1948 laborare coepit incommodis cardiacis quae ad annum 1972 perducta sunt. Anno 1968 cerebrali graviter percussa est embolia, quae motum artus inferioris sinistri astrinxit. Annis 1971-1977 ob crebras cordis discompensationes in valetudinarium loci *Ala* saepe se recepit. Die 24 Maii a. 1977 dum vires in valetudinario reficeret, relinquens balneum saevissimum inopinanter tulit dolorem artus inferioris sinistri ; qui frigescens perbrevi tempore cyanoticus devenit. Statim emissa est diagnosis medica quae sic effertur: *Ischaemia postemi) olica artus inferioris sinistri in patiente cardiopathica ob valvulopathiam mitrmlicam fibrillantem.* Status patientis magis in dies ingravescebat ; et post triduum, die 27 Martii institutum est consultum medicorum, qui statuerunt artum amputandum esse, eo quod processus gangraenosus serpere coeperat ; necnon statim transferendam aegro tam in cubiculum operatorium. Attamen ex una parte domina Ponzolotto medicos rogavit ut chirurgiam protenderent ; altera ex parte haec domina, postquam artüi infirmo imaginem Servi Dei panni fragmento profectam applicaverat, eidem ferventiores preces effudit. Post meridiem die 27 Martii infirmae valetudinis condiciones ingravescebant, dolor in horas augebat artus qui semper magis frigidus et cyanoticus efiiciebatur, ita ut primo vespere patiens videretur quasi in extremis versari.

Primo mane diei 28 Martii, hora circiter altera, domina Ponzolotto

cum férvidas preces Beato Leopoldo ut cum maxime effunderet, insolitam experta est sanitatem, dum simul artus eius speciem naturalem assequi coepit et sanguine ir r or ari.

Instantaneam sanationem testificati sunt imprimis administra aegrorum quae inserviebat, et deinde medicus vigilans necnon corpus officialium in actu.

Super hac sanatione processus apostolicus in curia episcopali Tridentina, annis 1980-1981, constructus est, de cuius validitate Decretum S. C. pro Causis Sanctorum die 28 Februarii a. 1983 exit.

Die vero 26 Martii a. 1983 Consilium Medicum eiusdem S. Congregationis convocatum est, quod de sanationis instantaneitate, perfectione et constantia disceptavit, censuitque eandem sanationem ultra naturae vires et leges contigisse.

Secuta est postmodum discussio super eadem sanatione in suetis Coetibus apud hanc Sacram Congregationem et quidem primum in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 17 Maii a. 1983 celebrato; deinde in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium ad Vaticanum die 7 Iunii eodem anno coadunata, in qua Rev.mus Cardinalis Silvius Oddi, Causae ponens seu relator, dubium posuit disceptandum : *An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur,* deque eo rettulit. Et qui aderant Patres affirmative responderunt.

Facta de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Praefectum relatione, Sanctitas Sua, ut Decretum super eadem mira sanatione conscriberetur, mandavit. Deinde accitis hac die Cardinalibus infrascripto atque Silvio Oddi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Sanctitas Sua, supremam proferens sententiam edixit : *Constare de uno miraculo, Beato Leopoldo Mandic a Castronovo intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea, perfecta constantique sanatione dominae Elisabeth Ponzolotto ab inschaemia postembolica artus inferioris sinistri in patiente cardiopathica ob valvulopathiam mitralicam fibrillantem.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Iunii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

B Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, **6** Ottobre **1983, S.** E. il Signor **BELISARIO BETANCUR,** Presidente della Repubblica di Colombia.

Giovedì, **13** Ottobre **1983,** S. E. il Signor **WILLIAM FRENCH SMITH,** Procuratore Generale degli Stati Uniti d'America.

Venerdì, **14** Ottobre **1983,** le Loro Altezze Serenissime il Principe **FRANCESCO GIUSEPPE** II e la Principessa **GEORGINA DI LIECHTENSTEIN.**

Sàbato, 15 Ottobre **1983,** S. E. il Signor don **FELIPE GONZÁLEZ,** Presidente del Governo Spagnolo.

Martedì, **18** Ottobre **1983,** S. E. il Signor **OLOF PALME,** Primo Ministro di Svezia.

Lunedì, **24** Ottobre **1983,** S. E. il Signor **ALBERTO FAIT LIZANO,** Primo Vice-Presidente della Repubblica di Costa Rica.

Lunedì, **24** Ottobre **1983,** On. **GEORGINA DUFOIX,** Segretario di Stato Francese per la Famiglia.

Venerdì, **28** Ottobre **1983,** S. E. il Signor **FIDEL CHÁVEZ MENA,** Ministro degli Affari Esteri di El Salvador.

Da Giovedì, 29 Settembre, a Sabato, 29 Ottobre 1983, si è tenuta nella Città del Vaticano, alla presenza del Santo Padre, la sesta Assemblea Generale del Sinodo dei Vescovi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II na nominato :

7 giugno 1983. Le LL. EE. Mons. Vincenzo Fagiolo, Arcivescovo di Chieti ; Mons. Cormac Murpby-O'connor, Vescovo di Arundel and Brigthton; Mons. José Manuel

Estepa Llaurens, Vescovo titolare di Tisili — Mons. Emilio Oolagiovanni; Mons. Juan Esquerda Bifet; Mons. José Miguel Pinto Gómez; Mons. Paul Wesemman; Don Guido Charvault; il Comm. Luigi Righi Schwammer, *Consultori della Sacra Congregazione per il Clero «in aliud quinquennium».*

26 settembre 1983. Prof. Hamao TJmezawa, dell'Università di Kamiosaki *(Giappone)*; Prof. Daniel Azei Bekoe, dell'Università di Le Gon *(Ghana)',* Prof. Wa Kalenga Malu, dell'Università di Kinshasa *(Zaire), Membri della Pontificia Accademia delle Scienze.*

27 » » Mons. Gilberto Agustoni; Mons. George A. Kelly; Don Adam Maida; Don Claudio Solano; P. Lino Ciccone, C. M.; P. Roberto Viola Luciardi, S. L, *Consultori della Sacra Congregazione per il Clero.*

3 ottobre » S. E. Mons. Traian Crisan, Arciv. tit. di Drivasto; S. E. Mons. Emilio Eid, Vescovo tit. di Sarepta; S. E. Mons. Henryk Roman Gulbinowicz, Arciv. di Wroclaw; S. E. Mons. Mario Brini, Arciv. tit. di Algiza; S. S. Mons. Anarghyros Printesis, Vescovo tit. di Grazianopoli; S. E. Mons. Raymond Etteldorf, Arciv. tit. di Tindari; P. Pierre Duprey, P. A.; Mons. Giorgio Mylanyk; Mons. Romano Rossi; Mons. Youssef Sarras; Mons. Elias Jarawan; Rev. Mathe w Vellanikal; Rev. Robert Senetsky; P. Sofroriio Murdryj, O. S. B. M., *Consultori della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali,*

» » » P. Jean Tabet, O.L.M.; P. Robert Taft, S.I.; P. Charles Payngot, C. M. I.; P. Antonio Koren, S. I.; P. Ermanno Toniolo , O. S. M., *Consultori delia Commissione Speciale per la Sacra Liturgia presso la Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » S. E. Mons. Augustin Mayer, Arciv. tit. di Satriano; S. E, Mons. Antoine Joubeir, Arciv. di Tripoli del Libano dei Maroniti; S. E. Mons. Augustine Eugene Hornyak, Vescovo tit. di Ermonts; Mons. Octavian Barlea; Mons. Michel Descamps; Mons. Jan Hirka; Mons. Stefano Virgulin; Rev. Giuseppe Ferrari; P. Isidoro Patrylo; P. Paolo Giannini; P. Miguel Angel Batiz, O. C. D.; P. Samuel Asghedom, O. Cist.; P. Anastasio Gutiérrez, C. M. F.; P. Emmanuel Lanne, O. S. B.; P. Gino Kiril Piovesana, S.I.; P. Clemente Pujol, S. I.; P, Jan Rezac, S. L;

P. Giuseppe Sima, O. F. M. Conv.; P. Ivan Zuzek, S. I., *Consultori della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali «.in aliud quinquennium)).*

3 ottobre 1983. S. E. Mons. Virgilio Noè, Arciv. tit. di Voncaria; S. E. Youannès Malak, Vescovo tit. di Dioclea; Mons. Joseph-Marie Sauget; Archim. Georges Gharib; Rev. Umberto Neri; P. Olivier Raquez, O. S. B.; P. Boutros Gemayel; P. Alfonso Abdallah, O. F. M.; P. Paolo Ananian, dei Mechitaristi di Venezia; P. Mychajlo Wawryk, de Basiliani di S. Giosafat, *Consultori della Commissione Speciale per la Sacra Liturgia presso la Sacra Congregazione per le Chiese Orientali « in aliud quinquennium ».*

6 » » P. Pierre Duprey, P. A., Segretario del Segretariato per l'Unione dei Cristiani, *Membro della Pontificia Commissione per là Pastorale delle Migrazioni e del Turismo «.durante munere».*

8 » » P. Henryk D. Wojtyska, C. P., *Membro del Pontificio Comitato di Scienze Storiche.*

» » » Mons. Michele Maccarrone, *Presidente del Pontificio Comitato di Scienze Storiche « in aliud quinquennium ».*

» » » S. E. Mons. Alfons Stickler, Arcivescovo tit. eletto di Bolsena; Mons. Martino Giusti; Mons. José Ruysschaert; Mons. Victor Saxer; Mons. Paul Canart; Can. Roger Aubert; Can. Piero Zerbi; P. Miguel Battlori, S. I.; P. Vincenzo Monachino S. I.; Prof. Giulio Battelli; Prof. Stephan Kuttner; Prof. Jean Gaudemet, *Membri del Pontificio Comitato di Scienze Storiche «.in aliud quinquennium».*

11 » » L'Em.mo Signor Cardinale Joseph Höffner, *Membro della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede «in aliud quinquennium».*

21 » » L'Em.mo Signor Cardinale Alfonso López Trujillo, Arcivescovo di Medellin, *Membro della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo « in aliud quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

16 giugno 1983. Mons. Angelo Mascheroni (Milano).

» » » Mons. Beniamino Schivo (Città di Castello).

2 luglio » Mons. Giuseppe Bosa (Venezia).

lati d'Onore di Sua Santità:

14 maggio 1983. Mons. Jozé Bertoncelj (Liubljana).
23 giugno » Mons. Giovanni Borrelli (Napoli).
» » » Mons. Giacomo Nardi (Napoli).
» » » Mons. Carmine Minichini (Napoli).
» » » Mons. Luigi Petito (Napoli).
» » Mons. Pasquale Orlando (Napoli).

Cappellani di Sua Santità:

7 marzo 1983. Il sac. Pietro De Tommaso (Cassano all'Ionio).
14 maggio II sac. Stanislav Perciò (Ljubljana).
22 » II sac. Geiza Varga (Djakovo).
» II sac. Vilim Hirsnhauzer (Djakovo).
» U sac. Antun Jarm (Djakovo).
» II sac. Stjepan Bogdanié (Djakovo).
» II sac. Vid Mibaljek (Djakovo).
» II sac. Stiepan Miler (Djakovo).
giugno II sac. Salvatore Maglione (Napoli).
» II sac. Cosimo Luciano (Napoli).
» II sac. Antonio Liardo (Napoli).
» II sac. Pasquale Pagano (Napoli).
» II sac. Alfredo Menna (Napoli).
» II sac. Gennaro Salzano (Napoli).
» II sac. Carmine Ascione (Napoli).
» II sac. Arcangelo Paone (Napoli).
» luglio II sac. Ettore Santoro (Gaeta).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Cran Croce dell'Ordine Piano:

8 giugno 1983. Al sig. Virgil C. Dechant (Hartford).
31 agosto » A S. E. il sig. Thomson Lloyd *(Australia).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

1 luglio 1983. Al sig. Francesco Giubilato (Mazara del Vallo).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, ***Glasse*** *civile:*

1 luglio 1983. Al sig. Giovanni Di Stefano (Mazara del Vallo).
25 » » Al sig. Farid Awad (Damas).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

7	marzo	1983.	Al sig. Saverio Busiri Vici (Roma).
9	maggio	»	Al sig. Antonio Ohiti (Pistoia).
»	»	»	Al sig. Angelo Bianchi (Pistoia).
»	giugno		Al sig. Ghanem B. Al-Tawil (Patriarcat Syrien Catholique D'Antioche).
»	»	»	Al sig. Said S. Qallad (Patriarcat Syrien Catholique D'Antioche).
»		»	Al sig. Gibrail M. Rapmaya (Patriarcat Syrien Catholique D'Antioche).
»	»	»	Al sig. Issam 0. Balboul (Patriarcat Syrien Catholique D'Antioche).
14	»	»	Al sig. Monsour Ferris (Saint Maron of Brooklyn).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9	giugno	1983.	Al sig. Salah Y. Kzir (Patriarcat Syrien Catholique D'Antioche).
	»	»	Al sig. Elias T. Kasiir (Patriarcat Syrien Catolique D'Antioche).
»	»	»	Al sig. Sthepane Abdallah Sayegh (Patriarcat Syrien Catholique D ' Antioche).
»		»	Al sig. Sami Y. Andrea (Patriarcat Syrien Catholique D'Antioche).
»	»	»	Al sig. Anthony Abraham (Eparchia di Newton).
10	»	»	Al sig. Antonino Arcangelo Ninotta (Caltanissetta).
14		»	Al sig. Joseph Baraket (Saint Maron of Brooklyn).
16	»	»	Al sig. Théophile Thiolat (Blois).
6	luglio	»	Al sig. Ermenegildo Taffelli (Roma).
»	»	»	Al sig. Pietro Mancinelli (Roma).
»	»	»	Al sig. Francesco Seganti (Roma).
»	»	»	Al sig. Matteo Carini (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

4	marzo	1983.	Al sig. Mario Bertoncelli (Novara).
9	maggio	»	Al sig. Carlo Bizzarri (Marsi).
25	»	»	Al sig. Carlo Falciola (Modena).
30	giugno	»	Al sig. Giuseppe Sepe (Napoli).
»	»	»	Al sig. Gennaro Francini (Napoli).
»	»	»	Al sig. Raffaele Cananzi (Napoli).
1	luglio	»	Al sig. Francesco Salvo (Mazara del Vallo).
6	»	»	Al sig. Carlo Pingi (Roma).
»	»	»	Al sig. Plinio Quattrocchi (Roma).
»	»	»	Al sig. Vittorio Santiccioli (Roma).

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro papa:

4	marzo	1983.	Al sig. Francesco Colombo (Novara).
7	»	»	Al sig. Giuseppe Adduci (Cassano all'Ionio).
10	giugno	»	Al sig. Antonio Favata (Caltanissetta).
»	»	»	Al sig. Pasquale Martorana (Caltanissetta).
1	luglio	»	Al sig. Paolo Sammartano (Mazara del Vallo).
	»	»	Al sig. Giuseppe Cascio (Mazara del Vallo).
»	»		Al sig. Giulio Mocata (Mazara del Vallo).
4	»		Al sig. Francesco Pizzolla (Taranto).
6	»	»	Al sig. Emilio Di Marzio (Roma).
»	»		Al sig. Vittorio Rossetti (Roma).
»	»	»	Al sig. Annibale Trombetta (Roma).
»	»	»	Al sig. Carlo Ghislandi (Roma).
»	»	»	Al sig. Maurizio Ebner (Roma).
»	»	»	Al sig. Mario Gentili (Roma).
»	»	»	Al sig. Vinigio Coradini (Roma).
29			Al sig. Giuseppe Nardiello (Roma).

NECROLOGIO

3	ottobre	1983.	Mons. Miguel Angel Machado Escobar, Vescovo tit. di Selemsele.
4	»	»	Mons. Bogdan S. Dobranov, Vescovo di Sofia e Plovdiv *(Bulgaria).*
6	»	»	Card. Terence J. Cooke, del Titolo dei Ss. Giovanni e Paolo, Arcivescovo di New York *(Stati Uniti d'America).*
8	»	»	Card. Alexandre Charles Renard, del Titolo della Ss.ma Trinità al Monte Pincio.
16	»	»	Mons. Francisco Aldegunde Dorr ego, Arciv. già di Tanger *(Marocco).*
18	»	»	Mons. Alphonse Fresnel, Vescovo già di Fort-Dauphin *(Madagascar).*
21	»	»	Mons. Theodorus H. Zwartkruis, Vescovo di Haarlem *(Paesi Bassi).*
26	»	»	Mons. Joseph T. McGucken, Arcivescovo già di San Francisco *(Stati Uniti d'America).*

i

An. et vol. LXXV 1 Decembris 1983 Pars I, N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Librerìa Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

Septem Beati Martyres Ieoniuenses Patroni dioecesis eiusdem confirmantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Clara veluti corona non tantum dioecesim ipsam Ieoniuensem sed omnem pariter Catholicam familiam in Corea illustrat iam diu honestatque candidatus illorum fidelium exercitus, qui Christum superiore quidem aetate unicum suum Servatorem et Ecclesiam veram simul matrem suam proprio effondendo sanguine propalam testari non timuerunt quosque propterea hac nostra aetate eaedem Coreanae item communitates insigniter excolere non desistunt.

Praevidens igitur Venerabilis Frater, Michael J. Pak Antistes ipse Ieoniuensis ducentesimum iam annum ab inlata illuc catholica fide, octogesimum quartum videlicet huius saeculi, rem se maxime congruentem eventui utilemque prorsus gregi suo facturum existimavit, si septem Beatos Martyres eiusdem suae dioecesis rite curavisset Patronos Caelestes eius renuntiandos et confirmandos. Preces igitur in hanc sententiam Sedi Apostolicae movit, quas Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino diligenter expensas pro sua facultate suscepit Nobisque exaudiendas commisit. Cupientes igitur cum Catholica Ecclesia in Corea iam nunc commemorare Annum Communitatis Dioecesanae ac praeparare etiam animos ad memoriam anniversariam tanto plenius celebrandam, benevolentia peculiari respicimus Ieoniuensem clerum ac populum

eorumque Episcopi optatum efficimus Nostrum, dum ex apostolicae potestatis Nostrae plenitudine destinamus creamusque Septem Beatos Martyres Ieoniuenses : Petrum Cho Hwa-Seo, Iosephum Oho Yun-Ho, Petrum Lee Myeong-Seo, Petrum Creong Won-Chi, Bartholomaeum Creong Mun-Ho, Petrum Son Seon-Ohi, Iosephum Han Weon-Seo Caelestes apud Deum omnipotentem Patronos sinimusque ut sic illi sint dicantur invocentur cum iuribus ac privilegiis quae liturgicae leges hac de re tribuunt. Contrariis nihil obstantibus. Occasione autem hac capta precantes vehementer exoptamus ut tales in Christi Regno Advocati suos inter cives terrestres fidem traditam excitent novo fervore et actionem pietatemque Catholicae vitae novo impetu locupletent, instante ducentésimo anno ipsius insignium primordiorum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Septembris, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 **Sigilli**
In Secret. Status tab., n. 116621.

EPISTULA

Primo expleto saeculo ab ortu Precationis B. M. V. Pompeianae Vallis.

VENERABILI FRATRI NOSTRO IOSEPHO S. R. E. DIACONO CARDINALI CAPRIO.

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Postridie Calendas Octobres, hoc anno, fere limine in ipso Rosarii mensis, centum anni abibunt a sollemnis ac felicissimae precationis illius ortu, quae a Virgine Pompeianae Vallis nomen invenit. Quem sane eventum plerique hominum ne considerant quidem, nedum celebrent, in tanto rerum humanarum rumore ; non dubitamus tamen quin multi ex iis qui christianae veritati penitus adhaerent haec fidei atque religionis suae monumenta magni faciant. Ac iure quidem : agitur enim de prece clementissimae Dei Matri caelorumque Reginae adhibita, cuius ad nomen inferi contremiscunt, quae filios summe diligit utpote sanguine Filii respersos, cuiusque est omnipotentia supplex apud quem genuit ac mundo dedit; quae praeterea millies christianae societati subvenit a periculis ac discriminibus arcens, optataque petentium materna pietate faciens.

Quae quidem sublimis prex, ex animo beati Bartholomaei Longo, Viri omnino egregii, nata, interiorem eius effigiem bene refert: quam certa scilicet eius opinio de efficacia orationis fuerit; quo amore in Virginem Mariam flagraverit, cuius laus singularis et honor ei tantopere cordi fuit. Inest in illa prece, quasi repercussa imago, aere Bartholomaei studium erga fratres, maxime egenos ac miseros, illius anguli terrae, cuius cotidie iniquas condiciones considerans, omni ope rebus mederi conatus est. Quin fines illius mente superans, voluisset sane totius orbis terrarum subvenire necessitatibus, tot fluctibus maiorum demersi; quod cum humani ingenii et opis non esset, tantae Virginis patrocinio credebat. Tam alata est autem haec ad beatam Mariam Virginem Supplicatio, ut interdum poesim sapiat.

Prex autem ista, cum eo consilio concepta esset ut Christi Matris benevolentiam praesertim in filios Pompeianae Vallis inclinaret, primum quidem in eo templo, centum ante annos, festo ac sollemni ritu, resonuit, eorumque animos, serenae spei fluvius, pervasit, qui audierunt ; mox angustos loci fines transgressa est : cum scilicet ars typographica, radiophonica, televisifica trans maria eam continentibus terris invexit. Hodie vero eius fama tam late vagatur, ut paene nulla iam sit christiani orbis ora, in qua non ea celebretur, tamquam singularis catholicae orationis forma ac praeclarum unitatis Ecclesiae signum, quae eo die, sicut olim Apostoli, Virginem Deumque cum Virgine orat.

Nullibi tamen Supplicatio illa tam egregie adhibetur, quam Pompeiis, ubi primum nata adolevit. Ubi profecto non solum humiles, orphani, templi Sodalitates, pie sancteque sollemni precationi intersunt, sed innumeri etiam sacerdotes, Episcopi, Cardinales ipsi, ac missi Sanctae Sedis, ubere semper fructu. Ac Nobis Ipsis dulce profecto fuit die VIII mensis Maii, hoc anno, eam recitare, vidente ac supplicante Nobiscum per televisificum instrumentum universitate fidelium. Ceterum, pluries aedem sacri Rosarii invisimus peregrini, praesertim ante adeptum Pontificatum.

Verum hoc anno, ut aequum est, suetis fidei ac religionis signis saecularia sollemnia accèdent. Ut ergo gaudia filiorum illorum crescerent, honorque Virgini redditus quam dignissimus esset, petiit a Nobis Venerabilis Frater Dominicus Vacchiano, Delegatus Noster in Sanctuario illo, ut mitteremus qui Nostri locum teneret. Quare gratum Nos tibi esse facturos putavimus, si te, qui non longe ab illa Mariae arce natus, a puero sane, sic ut Nos, Matrem illam sanctissimam diligis, eo legaremus, nomine Nostro Sacris praefuturum, Supplicationemque sol-

lemnem acturum. Sic Nos, Venerabilis Frater Noster, per pium os et cor tuum caelesti Reginae supplicabimus.

Perge, ergo, ac tantae Matri amoris ac venerationis Nostrae documenta praebe ; filiis vero illis paternae benevolentiae Nostrae sensus pande bene ominantes. Hortare eos ac stimula ut communem Matrem in animo oculisque habeant, eiusque Rosario, maxime Octobri mense, assuefiant, irriguo supernorum fonte bonorum. Mone ut fidei, quam profitentur, congruenter vivant, ad eiusque principia causas suas, magnas parvas, agant ac tueantur, si modo eis esse similes volunt, qui supra firmam petram aedificant.

Ultimum tibi, Venerabilis Frater Noster, iis omnibus qui in sacrae aedis ministeriis versantur; item loci illius incolis cunctisque peregrinis, ac quotquot amas, Apostolicam Benedictionem aequissimo animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Septembris, anno MDCCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

Ad Tzadiae episcopos, occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Cher s frères dans ***V****épiscopat,*

Le Seigneur les a appelés à le suivre pour leur confier une mission parmi les hommes : il s'agit de faire de toutes les nations des disciples du Seigneur.[2] C'est la vocation et la mission permanente, à notre époque aussi, de tous ceux qui se réclament des apôtres et se considèrent leurs successeurs dans une lignée ininterrompue qui traverse les siècles. Notre temps riche de dynamismes variés, de nouvelles et imprévisibles conquêtes de l'esprit humain, mais aussi chargé de profondes inquiétudes intérieures et troublé de tragiques tentations de mort, a besoin plus que jamais d'un vivant témoignage de foi, d'unité et d'amour; ce témoignage, il l'attend de nous qui croyons en celui qui a donné sa vie pour le salut du monde. En effet, l'unité que, en obéissance à la volonté du Seigneur, nous cherchons à rétablir entre nos Eglises, est ordonnée à l'annonce de cette bonne nouvelle à l'humanité entière «afin que le monde croie»,[3] qu'il ait la paix et que sa joie soit pleine. L'unité des croyants dans le Christ est une condition de la crédibilité de notre annonce de l'Evangile en notre temps.

[1] *Mt* 4, 18-20.
[2] Cf. *ibid.* 28, 19.
[3] *Jn* 17, 21.

Chaque année, notre célébration commune des apôtres nous permet, certes, d'approfondir la connaissance que nous avons les uns des autres et la charité fraternelle qui nous anime, mais elle nous offre encore l'occasion de rendre grâce ensemble au Seigneur qui nous fait progresser, lentement mais sûrement, vers la pleine communion ecclésiale.

Entre nos Eglises se développe aussi une attentive solidarité, fruit d'un sentiment de communion qui s'étend entre Catholiques et Orthodoxes à tous les niveaux. Ces sentiments devraient se concrétiser toujours davantage en actes de collaboration dans le domaine des études comme aussi dans certains secteurs de l'action pastorale, là où Catholiques et Orthodoxes vivent ensemble dans le même lieu.

Dans cet ensemble d'initiatives tendant à rétablir entre nous l'esprit qui doit régner entre des frères, le dialogue théologique poursuit son cours. Avec joie, j'apprends qu'après la seconde session plénière de la commission mixte de dialogue qui s'est tenue il y a exactement un an, les sous-commissions d'étude ont déjà accompli leur travail et que le comité mixte de coordination s'est déjà réuni pour préparer la convocation de la troisième session. Avec dévouement et compétence, des évêques et des spécialistes, catholiques et orthodoxes, animés d'un même zèle, se sont engagés dans ce dialogue avec toutes les ressources de leur intelligence et de leur cœur. Plusieurs fois, j'ai demandé que tous prient pour ce dialogue afin que le Seigneur le rende fécond, car ((c'est Lui seul qui fait croître ».[4] La prière de tous est nécessaire pour éliminer ces réticences diffuses qui peuvent encore exister ça et là et surtout pour surmonter toutes les difficultés doctrinales que le dialogue devra inévitablement affronter.

Dans ces sentiments de joie et de communion, d'engagement et d'espérance, nous vous accueillons vous-même, Eminence, et la délégation que le Patriarche Dimitrios a voulu, cette année encore, envoyer à Rome.

Je vous prie de porter à Sa Sainteté l'expression de ma fraternelle gratitude et de lui dire le vif souvenir que je garde de la visite que je lui ai faite justement pour la fête de saint André. Dieu fasse qu'encore une fois nous puissions nous unir dans la récitation d'une prière commune! Moi-même et l'Eglise de Rome serions profondément heureux que cela puisse avoir lieu à Rome sur la tombe des saints apôtres Pierre et Paul.

[4] *1 Cor* 3, 7.

VII

Ad Cubae episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Queridos Hermanos en el episcopado,

1. Habéis emprendido juntos el camino hacia Roma, amados Pastores de la Iglesia de Dios en Cuba, para encontraros con el Sucesor de Pedro en esta visita *ad limina,* que constituye desde hace siglos una característica de los contactos más significativos del Episcopado católico con el Papa.

La sucesión cada cinco años de esta visita, es un momento privilegiado para que los Pastores y, mediante ellos, las Iglesias particulares revivan y fortifiquen los vínculos de comunión que las unen con el centro de la catolicidad, con la Iglesia que (das preside en la caridad ».

En este espíritu de renovada vivencia del misterio de la Iglesia, que en Cristo se convierte en signo e instrumento de unión íntima con el Padre y de unidad del género humano,[1] os recibo con profunda alegría. No sólo a vosotros, sino también, abrazados en los mismos lazos de afecto eclesial, a vuestros sacerdotes, religiosos, religiosas y laicos, que en las diversas diócesis de Cuba viven su fe cristiana con genuino espíritu de fidelidad al común Maestro y Señor.

Esta acogida se hace tanto más cordial, porque conozco bien que, aun en medio de los sacrificios, la comunidad eclesial cubana conserva su firme adhesión a esta sede de Pedro, vive unida interiormente al Obispo de la Iglesia y trata de seguir sus indicaciones con respetuosa y filial obediencia en la fe.

Sin pretender agotar la temática referente a vuestras comunidades eclesiales, de las que nos hemos ocupado en los precedentes coloquios separados con cada uno de vosotros, quiero que compartamos ahora algunas reflexiones que juzgo de especial interés para vuestra misión de guías de ese Pueblo de Dios concreto que la Providencia os ha encomendado.

2. Mi primer pensamiento se dirige a vuestros sacerdotes y religiosos, que con verdadero celo y entrega consagran sus mejores ener-

* Die 30 m. Iunii a. 1983.

[1] Of. *Lumen gentium,* 1.

gías a la formación en la f e y a la animación pastoral de vuestras comunidades eclesiales.

Soy bien consciente de las dificultades no pequeñas que encuentran en su ministerio. Y conozco la generosidad de espíritu que ponen en su tarea, agravada por la escasez de ministros de la pastoral, en la que sólo la mayor entrega suple la falta de personal.

Quiero desde aquí compartir vuestro gozo de Pastores, que os sentís justamente felices ante ese ejemplo de dedicación por parte de vuestros sacerdotes. Y quiero encomendaros como encargo especial llevarles mi agradecimiento en nombre de la Iglesia. También mi palabra de aliento y la seguridad de mi recuerdo en la plegaria, para que permanezcan en una generosa y alegre actitud de servicio al pueblo fiel.

Con gran afecto los animo a resistir fuertes en la fe,[2] gozosos en la esperanza,[3] ejemplares en el testimonio ante la grey,[4] a fin de que ese mismo ejemplo anime a otros jóvenes a responder al llamado de Dios a la vida consagrada.

Y para que vuestros sacerdotes mantengan esa fidelidad alegre a su vocación, alentadlos a buscar el constante rejuvenecimiento de espíritu que procura la vida interior intensa, alimentada sin cesar en la oración y en las fuentes de la sana espiritualidad. Sin ella, el ministerio sacerdotal pierde su base e inspiración, o puede convertirse en activismo externo que, a la larga, se seca.

En esa línea, alabo los esfuerzos que se están haciendo en Cuba para procurar la renovación en la formación intelectual y espiritual de los sacerdotes, y exhorto a fomentar cursos apropiados u otros medios que ayuden adecuadamente en ese camino.

3. Juntamente con los sacerdotes, religiosos y seminaristas, recomiendo a vuestro particular cuidado las religiosas que trabajan en Cuba.

Son una parte importante de la Iglesia, que en ellas hace admirablemente presente la obra salvadora de Cristo en la actual sociedad cubana. Desde la vida contemplativa, dedicadas a los valores del espíritu en ambientes que con frecuencia se rigen por otros parámetros de vida, o dedicadas al trabajo directo en la pastoral o en las

[2] *2 Pe* 5, 9; *Ef* 6, 16.
[3] *1 Jn* 2, 28; *1 Pe* 4, 13.
[4] *Gal* 6, 9 s. ; *2 Pe* 5, 2-4.

obras de asistencia social, son un testimonio estupendo y una sin par riqueza eclesial, que se transforman en amor y eficaz servicio al pueblo, el cual justamente las admira y aprecia.

Cuidadlas y sostenedlas, pues, en su vida personal y apostólica, como os decía al hablar de los sacerdotes y religiosos. El mismo ligero incremento que se va notando en las vocaciones femeninas, debe ser un acicate para renovar el empeño en la formación vocacional, cuyo elemento primordial será siempre el testimonio de una vida consagrada entusiasta y alegre.

4. Sé que vosotros, Obispos de la Iglesia en Cuba, apreciáis profundamente la contribución encomiable que prestan tantos laicos, conscientes de las exigencias de su bautismo[5] y comprometidos en las diversas responsabilidades eclesiales. Sé también que valoráis en todo su significado la presencia activa de los mismos en las tareas sociales de vuestro medio ambiente.

Mi voz quiere hoy unirse a la vuestra, para manifestar al laicado católico de Cuba mi vivo reconocimiento en nombre de Cristo, por su sentido de conciencia eclesial y social. Que no desfallezcan en su empeño, a pesar de los esfuerzos necesarios, a pesar de los reclamos que pueden venir de un comprensible deseo de ventajas materiales, sobre todo si éstas mediatizan o comprometen su condición cristiana.

Uno asimismo mi deseo al vuestro, para alentar una mayor presencia activa del laicado en la vida social, cuidando que se preserve siempre la propia identidad católica.

5. Un campo concreto en el que el laicado católico cubano debe hacer sentir su presencia activa es el de la familia, que ha de ser objeto de particular atención por parte de la Iglesia y de cuantos colaboran en el apostolado. La familia sigue siendo, en efecto, un campo de importancia primordial para la Iglesia y para la sociedad, y es a la vez objeto, hoy día, de una crisis que desborda vuestros confines locales.

No puede, por ello, dejar de atraer también vuestra solicitud de Pastores, para tratar de darle la solidez, la cohesión, la dinámica interna y social —en sus vertientes humana y cristiana— de la que tracé amplias líneas directivas en la *Familiaris consortio.*

Ello os llevará a mirar con la debida ponderación el fenómeno

[5] Cf. *Apostolicam actuositatem,* 23.

del divorcio, por desgracia tan frecuente, que halla sus raíces en la irreflexión ante el matrimonio, en la falta de voluntad de compromiso perseverante, en la separación de los cónyuges por motivos de trabajo, en la escasez de vivienda y otros.

A los tantos daños causados por el divorcio, vienen a sumarse a veces los provocados por la falta de respeto a la vida ya concebida, con grave violación del orden moral, al atentar contra la existencia de seres inocentes; tanto en caso de mujeres casadas como cuando afecta al fruto de relaciones pre y extra-matrimoniales. Son problemas a los que vuestro celo pastoral y la sensibilidad de vuestros fieles más comprometidos os ayudará a ofrecer los progresivos remedios posibles.

6. No menor empeño por parte de vuestras comunidades eclesiales, parroquias, agentes de apostolado, laicos y familias merece la educación en la fe de los niños ; y paralelamente también de los adolescentes y jóvenes.

Aquí halla un puesto de relieve la misión de la familia, tanto más cuando las condiciones externas no permiten la educación cristiana en otros ambientes, o cuando los niños se ven expuestos a posibles presiones en su horizonte religioso o moral.

Es digno de aprecio todo esfuerzo encaminado a lograr la máxima extensión posible de la formación intelectual. Pero ésta no puede disociarse de la correspondiente y correcta educación ética, cívica y religiosa. Se trata —como he indicado en diversas ocasiones y ambientes— de verdaderos derechos de las personas y de las familias, de acuerdo con el principio de la libertad religiosa como elemento reconocido en los textos internacionales y en la praxis ordinaria ; asimismo en las normas admitidas en vuestra sociedad, que confiamos se hagan cada vez mas efectivas. Ello favorece a la misma sociedad civil, al consolidar las bases de la moralidad, de la que aquella no puede prescindir sin grave menoscabo para el bien de todos.

Por lo que se refiere a la educación en la fe de vuestros fieles, no se podrá olvidar la adecuada atención a la piedad popular, para purificarla y darle todo su valor como « memoria cristiana de vuestro pueblo)).[6] Será por ello necesario aplicar una buena pedagogía evangelizadora en lo referente a la piedad católica, que halla especiales expresiones populares en el culto al Sagrado Corazón de Jesús, a la Virgen María ya los Santos.

[4] **Cf.** ***Puebla,*** **457 ss.**

7. En esa línea de evangelización en profundidad se deberá situar la reflexión eclesial que está llevando a cabo la Iglesia en Cuba.

Se trata de un acertado discernimiento de la misión de esa Iglesia en el contexto socio-económico y político concreto en el que vive. Partiendo del Evangelio y en comunión profunda con la Iglesia entera, habrá de plantearse la tarea de la evangelización de la cultura, a la que el Documento de Puebla dedicó particular cuidado.[7]

Con ello, la Iglesia en Cuba no hará sino ser fiel a su propia tradición de estar activamente presente en la historia del pueblo cubano. Como lo hizo, desde los orígenes del nacimiento de la nacionalidad cubana, con figuras insignes como el sacerdote Félix Várela, verdadero maestro en lo referente a las posibilidades del pensamiento humano, en los valores de la libertad, de la independencia, de la justicia en toda su dimensión, y sobre todo verdadero hombre de Iglesia y cultivador de los valores del espíritu.

Al poner en práctica ese esfuerzo, la Iglesia sólo desea el ámbito de libertad que necesita para favorecer la causa del bienestar y de las aspiraciones profundas de su pueblo, del que se sabe gozosamente parte y colaboradora, desde su misión propia.

En este sentido está abierta al diálogo con la sociedad. Y aprecia todas las muestras de colaboración y buena voluntad que recibe de parte de las Autoridades de la Nación, como el permiso otorgado recientemente a algunos religiosos llegados de fuera, para ponerse al servicio estable de la comunidad cubana. Ojalá ese gesto sea un signo esperanzador para el futuro.

Porque la Iglesia en Cuba, con los 200 sacerdotes y religiosos y las 230 religiosas de que dispone hoy, es consciente de servir —aun en medio de una excesiva desproporción del personal dedicado a la pastoral y al servicio asistencial frente a la población actual— al bien profundo de su pueblo, ayudando a preservar los valores que lo han animado y que se han plasmado en el alma y expresiones vitales de ese pueblo. Por mi parte, pienso con frecuencia en esa Iglesia, sigo sus pasos con particular solicitud y pido insistentemente a Dios, para que sea siempre fiel a su misión, en las condiciones concretas en las que vive.

8. En el desarrollo de su misión, la Iglesia en Cuba tiene bien presente no sólo el contexto interno en el que actúa, sino también

[7] Cf. NN. 408 ss., esp. 434-436.

ese otro más amplio que afecta al área geográfica en la que está enclavada la vida e historia de sus fieles.

Por ello no puede menos de tener siempre en cuenta que Cuba se inscrive en un contexto latinoamericano ; que está vinculada histórica, social y culturalmente a América Latina; y que, con sus características peculiares, el pueblo cubano tiene alma latinoamericana.

Ese pueblo ha experimentado no pocas dificultades para alcanzar, conservar y consolidar su independencia y su identidad cultural, tantas veces amenazada. No puede olvidarse, sin embargo, que la fe católica ha sido un elemento positivo y aglutinante de la identidad cultural y de la independencia de la nación cubana.

9. No puedo concluir este encuentro sin reiterar mi profunda estima a vuestra comunidad eclesial y vuestra nación.

A la Madre común, a la que el pueblo de Cuba invoca con fervor como Nuestra Señora de la Caridad del Cobre, confío vuestras intenciones y personas, así como las de vuestros fieles. A Ella pido que os consuele, os proteja y dé fortaleza; que Ella os obtenga la paz y progreso integral para vuestra Patria, y que os corrobore como sólida comunidad de fe. Con mi cordial Bendición al querido pueblo de Cuba, a sus Pastores, almas consagradas, seminaristas y laicado católico.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 18 Octobris 1983. — Titulari episcopali Ecclesiae Vamallensi, R. D. Timotheum Lyne, rectorem Ecclesiae cathedralis Chicagiensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Bernardin, Archiepiscopi Chicagiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Stagnensi, R. D. Ioannem Vlazny, rectorem seminarii Chicagiensi « Niles College », quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Bernardin, Archiepiscopi Chicagiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Olivensi, R. D. Wilton Gregory, e clero archidioecesis Chicagiensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Bernardin, Archiepiscopi Chicagiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Fortisventurae, R. P. Placidum Rodriguez, C. M. F., curionem apud paroeciam ecclesiae B. M. V. Fatimensis in Perth Amboy, New Jersey, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iosephi S. R. E. Cardinalis Bernardin, Archiepiscopi Chicagiensis.

die 26 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Perthensi, Exc.mum P. D. Villelmum Foley, hactenus Episcopum Geraldtonensem.

die 7 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Caeciritanae R. D. Eimerum Omar Miani, Vicarium Generalem archidioecesis Cordubensis in Argentina, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. *D.* Radulfi Francisci S. R. E. Cardinalis Primatesta, Archiepiscopi Cordubensis.

— Cathedrali Ecclesiae Sinus Viridi, R. D. Adamum Maida, vicecancellarium dioecesis Pittsburgensis.

die 8 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Monterreyensi Exc.mum P. D. Adolf um Suárez Rivera, hactenus Episcopum Tlalnepantlanum.

die 10 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Harrisburgensi, Exc.mum P. D. Villelmum Keeler, hactenus Episcopum tit. TJlciniensem.

— Cathedrali Ecclesiae Coloratensium Fontium, noviter erectae, Exc.mum P. D. Richardum Hanifen, hactenus Episcopum tit. Abercorniensem.

die 17 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Edmundstonensi, Exc.mum P. D. Gerardum Dionne, hactenus Episcopum tit. Garbensem.

— Coadiutorem c.i.s. Exc.mi P. D. Briani C. Foley, Episcopi Lancastrensis, Exc.mum P. D. Ioannem Brewer, hactenus Episcopum titularem Britoniensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Legensi R. D. Michaelem Smith, conferentiae Episcoporum Hiberniae Secretarium adiutorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis McCormack, Episcopi Midensis.

die 19 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Campifonti in Illinois, Exc.mum P. D. Danielem Ryan, hactenus Episcopum tit. Suristensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Avioccalensi, R. D. Robertum Carlson, Cancellarium archidioecesis Paulopolitanae et Minneapolitanae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Roach, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

die 22 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Catharensi Exc.mum P. D. Ivonem Gugic, hactenus Episcopum titularem Bonustensem.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

TURONEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Leonis Dupont, viri laici.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Leo Papin-Dupont ex nobili familia prognatus natione Aremorica, quae domicilium collocaverat in Martinica, una ex insulis minoribus Antillis, ortus est in magno vico *Lamentin,* posito in pulcherrima insulae planifie, die vicesimo quarto mensis Ianuarii anno 1797. Eius mater quae, duo et viginti annorum vidua facta deinde secundo nupsit, curavit ut filius honeste educaretur, primo ibidem, postea in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis et denique in Gallia in ephebeo loci *Pont-Levoy* (in regione Ligeris et Caris).

Leo, peractis studiis secundariis, quae dicuntur, ad Martinicam est reversus anno 1815; sed cupiens superioribus studere disciplinis, anno 1816 cavit ut suum nomen Facultati iuris Parisiensi daretur. Ob tamen valetudinis difficultates nonnisi anno 1818 Lutetiae Parisiorum consedit una cum fratre Theobaldo. Die vicesimo quarto mensis Iulii anno 1821, probatus, est ex Universitate Studiorum dimissus.

Dum labori incumbebat, Leo Papin-Dupont aliquantum vanitatibus indulgebat, commodis illectus vitae, condicione familiae, sui ipsius dotibus suoque sociabili ingenio. Etsi semper praecipuas fidei religiones coluit, hoc tamen temporis spatio quod Lutetiae Parisiorum egit, provocatus est ut eam confirmaret fidem. Ei gratia obvenit per

iuvenem caminorum purgatorem, qui illi ministerium faciebat. Cum olim serius solito venisset, is apud dominum se excusavit, dicens se interfuisse circulo Sabaudorum : quod opus a laico quodam fovebatur ut auxilio esset iuvenibus illius regionis, qui Lutetiam Parisiorum venerant artem exercituri caminos purgandi. Leo Dupont consuetudines iunxit cum moderatore et nonnullorum apostolicam navitatem comperit. Extemplo adfuit et sodalis factus est huius consociationis iuvenum et adultorum, quae appellabatur « Congregatio ». Hoc occursu tota eius vita est signata et in posterum miris eius effectibus mota. « Laici officium et ius ad apostolatum obtinent ex ipsa sua cum Christo Capite unione. Per baptismum enim corpori Christi mystico inserti, per Confirmationem virtute Spiritus Sancti roborati, ad apostolatum ab ipso Domino deputantur» (Decret. *Apostolicam actuositatem,* n. 3). Quod ita Concilium Oecumenicum Vaticanum II affirmavit, Leo Dupont iam sibi faciendum assumpserat.

Ad Martinicam reversus magistratus munia capessiit et suae professionis officia diligenter explevit. De via vitae suae consuluit et etiam considerasse videtur num fieret sacerdos. Libentissime hominum coetus adibat, corpus variis certaminibus exercebat, impigram et variam degebat vitam. Die nono mensis Maii consobrinam Carolam d'Audifreddy in matrimonium duxit, anno 1827, triginta annos natus. Anno 1832 larem familiarem ortu suo laetitia affecit infans, Henrica in baptismo vocata. Sed mox nova nupta novusque maritus sunt aerumnis probati. Domina Dupont est namque diutino confecta morbo, donec calendis Augustis anno 1833 animam Deo reddidit. Maritus est corpore debilitatus; fide tamen victo dolore, filiae educandae se tradidit, ut eo magis haec christiane cresceret, quo magis imbecillior erat valetudine.

Tunc Leo Dupont vicum reliquit (anno 1834) ubi natus erat et cum matre atque filia Turonibus in Gallia constitit, ubi eius uxor erat educata a muliere illustri, domina de Lignac, quae Ursulinarum sodalitati moderabatur, puellarum educationi deditae. Ceterum sciebat ibi doctorem Bretonneau, iam clarum medicum, sibi adiutorem fore.

Servus Dei, magistratu abdicato, deinde proventibus vixit suarum agrestium facultatum in Martinica. Vitae eius commutatio facta est maximi momenti; etenim, cum suam confirmasset laici vocationem, id est omnibus viribus persecutus, quod Concilium Vaticanum II erat dicturum : ((Laici in regale sacerdotium ad gentem sanctam consecratur, ut per omnia opera spirituales offerant hostias et ubique

terrarum Christo testimonium perhibeant. Sacramentis autem, praesertim SS. Eucharistia, communicatur et alitur illa caritas quae veluti anima est totius apostolatus» (Decretum *Apostolicam actuositatem,* n. 3).

Suam aetatem, qua commutationes civiles factae sunt hincque magna societatis conversio — ne bella commemoremus et perturbationes inde secutas — quaque ratio scepticorum crevit et eorum doctrina qui omnia ex materia et in materia dicunt esse necnon eorum qui Deum esse negant, sed simul etiam floruit fidei renovatio, Leo Dupont natura sua atque ingenio notavit, et mature eius domus Turonensis evasit ((fidei, spei et caritatis » officia.

Leonis Dupont fides consistebat in Sacrarum Litterarum meditatione, in explorata et pertractata Bibliorum cognitione — quod sane tunc rarissimum erat — et in Eucharistia. Non solum is Eucharistiam quam saepissime poterat recipiebat, sed maximo cum ardore ad eam se praeparabat, praesertim peccata confitendo. Praetera Turonibus instituit et fovit «Adorationem nocturnam» SS. Sacramenti, quam Lutetiae Parisiorum cognoverat. Eius fides efficiebatur, per actus expiationis iniuriarum et peccatorum in Dominum, seu per venerationem Sancti Vultus, per precationem ante imaginem Veronicae in via crucis Salvatoris, unde gratiae non mediocres innumerabilibus hospitibus qui domum Leonis Dupont frequentabant.

Spem suam Famulus Dei insinuabat penitus in vitam cotidianam Ecclesiam amando, Summum Pontificem, Episcopos Turonenses qui, dum is vixit, illam insederunt archiepiscopalem sedem. Eo spes potissimum innotuit in studio reperiendi sepulcrum Sancti Martini; quo studio est impulsus ut, multis variisque superatis laboribus, basilicam aedificandam curaret, quae eidem Sancto est dicata multo post mortem Leonis Dupont.

Quod ad caritatem pertinet, non est immodicum affirmare ea fuisse refertos dies omnes eius, quem fervor populi appelabat «sanctum virum Turonensem ». Praeter auxilium quod singulis suppeditabat, qui ei se dabant obvios quique ad eum mittebantur, Leo Dupont opus condidit «Vestiarium Sancti Martini» dictum, particeps fuit Societatis Sancti Vincentii a Paulo eamque fovit, Sorores Pauperum adiuvit in domicilio constituendo, et enixe et constanter aetate provectis inservivit, qui plus indigebant.

Fervidus peregrinus, inter magnos religiosos eventus sui temporis fuit. Sanctissimae Virginis apparitiones in loco *La S alette et* Lapurdij

necessitudines cum parocho vici *Ars*, cum sacerdote sancto Petro Iuliano Eymard cumque aliis presbyteris, religiosis viris et mulieribus, occasiones ei dederunt ut fidem altius perscrutaretur, precationem excoleret, Dei verbum vulgaret.

Nonnulli casus vitae eum pertentaverunt, sed inde vires hausit ut fidentius in dies se voluntati Dei committeret ; in iis filiae obitus, quae interiit quindecim annorum die decimo mensis Decembris anno 1847.

Primis diebus mensis Martii anno 1876 est Dei Servus paralysi correptus et lecto afiixus. Praeter corporis dolores, etiam diaboli incursus est passus, quibus precando victis, pacem et tranquillitatem habuit. Die Veneris septima decima mensis Martii eodem anno 1876 SS. Eucharistiam accepit, et postridie, quarta inita vigilia, ad Eum abiit, quem tantum amaverat, cui tam fideliter servierat.

Hodie in ea domo, quae eius fuit, et ubi is est mortuus, prex durat eiusque piacularis opera continuatur per cultum Sancti Vultus.

Ita id factum est, quod Concilium Vaticanum II postulat : « Unusquisque laicus debet esse coram saeculo testis resurrectionis et vitae Domini Iesu atque signum Dei vivi. Omnes insimul et unusquisque pro sua parte mundum fructibus spiritualibus alere debent (cfr. *Gal* 5, 22), in eumque spiritum diffundere, quo animantur illi pauperes, mites et pacifici, quos Dominus in Evangelio beatos proclamavit (cfr. *Mt* 5, 3-9). Uno verbo, "quod anima est in corpore, hoc sint in mundo christiani"» (Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 38).

Virtutum et sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens inclaruit, longe lateque post eius obitum diffusa est, supervenientibus quoque supernis signis per eiusdem intercessionem, uti fertur, a Deo patratis. Hinc factum est ut, vix septem post annos, ordinaria inquisitio in Curia Turonensi super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere praefati Servi Dei inita fuerit, superque scriptis eidem tributis et super cultu numquam praestito. Die 3 Februarii anno 1937 nihil in scriptis obstare quominus ad ulteriora procederetur, decretum est a Sacra tunc Rituum Congregatione. Quapropter, servatis de iure servandis, Causa beatificationis ipsius Servi Dei est introducta per Decretum diei 21 mensis Iunii anno 1931. Instructus est deinde processus apostolicus super virtutibus in specie apud eandem Turonensem Curiam, de cuius iuridica forma et vi exiit Decretum die 22 Iunii anno 1968 editum. Confecta igitur *Positione super virtutibus*, disceptatio est instituta super virtutum heroicitate Servi Dei, et quidem primum, die 2 mensis Februarii a. 1982, in Congressu Peculiari, qui vocatur, Officia-

lium Praelatorum Patrumque Consultorum ; et, deinde, die 26 Ianuarii a. 1983, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Domino Paolino Limongi, Archiepiscopo titulari M-caeensi in Haemimonto. In utroque autem coetu responsum est datum Servum Dei virtutes christianas heroum in modum exercuisse.

Facta deinde de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, in Audientia eidem concessa die 7 mensis subsequentis Februarii eodem anno 1983, Sanctitas Sua, vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, mandavit ut super heroicis virtutibus Servi Dei Leonis Dupont Decretum appararetur.

Quod cum esset factum, accitis Cardinali infrascripto Praefecto necnon Rev.mo Paulino Limongi, Archiepiscopo tit. Mcaeensi in Haemimonto, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Leonis Dupont, viri laici, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 Martii, Anno Domini 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

® Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

PARISIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Stephani Pernet, Sacerdotis professi Congregationis Augustinianorum ab Assumptione, fundatoris Instituti Parvularum Sororum ab Assumptione.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iu-

stitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Superiore saeculo, cum quaestuosae industriae invectio conventus et res oeconomicas et ad societates populorum occidentalium pertinentes perturbabat, et doctrinae oriebantur Liberalium et Socialistarum, quas vocant, talem Deus excitavit virum, qui dictum Iesu Christi «misereor super turbam» imitaretur.

Stephanus Pernet natus est in vico *Vellexon* (in Arari Superiore, Gallica provincia) die vicesimo tertio mensis Iulii anno 1824, pauperis et ruralis familiae primogenitus, cuius paterfamilias mortuus est anno 1838, relicta uxori quattuor puerorum cura. Postridie eius diei est baptizatus et Claudius Stephanus appellatus. Tametsi una cum filiis inopiam tolerabat, mater vocationi sacerdotali Stephani non obstitit; qui anno 1838 ad seminarium minus urbis Luxovii est admissus, et postea studia clericorum est persecutus in seminario maiore Vesontino. Acuti erat ingenii et indolis tenerae atque inquietae. Timens ut divinae vocationi respondere posset, de seminario maiore decessit anno 1844. Ab anno 1844 ad annum 1848 custos fuit in convictu, Dolae Sequanum. Anno 1848 Lutetiae Parisiorum opus quaesivit. Insequenti anno, magistri spiritus consilia secutus, qui eius religiosam vocationem animadverterat, atque beatae Eugeniae a Iesu, Religiosarum ab Assumptione conditricis, deductus est ad Servum Dei P. Emmanuelem d'Alzon, institutorem Augustinianorum ab Assumptione, cuius is fuit unus ex primis discipulis et adiutoribus.

Die vicesimo quinto mensis Decembris anno 1855 Nemausi est vota religiosa professus et die vicesimo tertio mensis Aprilis anno 1858 sacerdotalem ordinationem accepit.

Ab anno 1859 ad annum 1863 educandi munus exercuit Nemausi et Lutetiae Parisiorum, totumque se tradidit operibus caritatis, ut conferentiis S. Vincentii a Paulo, et aliis, pro consilio apostolico P. d'Alzon et fine nascentis congregationis. Familiae suae res adversas expertus, in hoc apostolatus ministerio est vehementer commotus indigna egestate ordinum operariorum illius aetatis, qua quaestuosae industriae incrementa magnae fuerunt rerum conversionis causa. Eo in campo id deprehendit, quod postea « malum operarii » appellavit, seu operariorum omnis humanitatis nudationem, a christiana religione alienationem, familiarum dissolutionem, quae morbis et migrationibus ab agris temptabantur.

Famulus Dei apostolicam operam excogitavit, intellexitque fidei responsum dandum esse, quo nempe religiosi accurata sua praesentia, simplicibus servitiis et laboribus factis, testarentur Patris amorem pauperibus, operariis eorumque familiis ; ad fundamenta degrederentur ut Iesu Christo populum reficerent.

Anno 1863 convenit Antonillam Fage (postea Sororem Mariam a Iesu), quacum instituit aegrorum ministras domibus curandorum, et auspicatus est constitutionem religiosae familiae Parvarum Sororum ab Assumptione, quam eidem Antonillae commisit anno 1865.

Per triginta annos, quamvis pergeret impigre operam congregationi suae navare, novum Institutum rexit et formavit, locorum domos multiplicando et visitando, illudque ab anno 1880 ad plurimas nationes propagavit.

Adiuvante Antonilla Fage consilium suum clarius circumscripsit et statuit Dei gloriam conciliare per salutem pauperum et parvorum, secundum incarnationis viam a Christo confectam, qui vitam suam obtulit ut homines servaret et in populum congregaret. Huius novae apostolatus rationis proprium erat simplici et fraterno amore familias pauperum, parvorum et operariorum adire, simulque necessitudinem habere candidam, filialem et confidentem cum Deo, qui pauperes amat et vult salvos facere.

Idem Dei Servus ita animi habitus religiosos declaravit, quos praecipuos esse ducebat :

— Christum amare, ut ibi vivus agnoscatur, ubi fides erasa esse videtur, utque in iis teneatur, qui sunt eius membra dolentia, tamquam in sacramento eius amoris;

— Virginem Mariam diligere, quia nobis dedit Iesum et nos edocet ut illum demus hominibus ;

— Ecclesiam amare, Christi sponsam, quae nos impellit ad salutem animarum ; unde apostolica sedulitas, promptus maximus, preces pro Eccesia;

— demissos fieri ministros et apostolos pauperum et parvorum in eorum rebus cotidianis, hocque cum simplicitate et humilitate et laetitia.

Praeter congregationem Parvarum Sororum ab Assumptione, Stephanus Pernet tres excitavit consociationes laicorum, quae officium communitatum locorum dilatarent, evangelii radices demitterent in operariorum familias et efficerent «unitatem spirituum in veritate et cordium coniunctionem in caritate » : anno 1876 Dominas Fámulas ;

anno 1881 Fraternitatem ab Assumptione, et anno 1884 Filias Sanctae Monicae.

Servus Dei est vita functus die tertio mensis Aprilis anno 1899. Cum eximio modo religiosas virtutes exercuisset et ardentissimum ostendisset studium spiritualis salutis et solacii corporum aegrorum et pauperum, ii qui eum cognoverant, pariter nisi sunt ut Ecclesia sanctitatem eximii huius viri adprobar et.

Processus informativus actus est Lutetiae Parisiorum a die quinto mensis Ianuarii a. 1924 ad diem octavum mensis Maii anno 1925. Super Scripta eius Decretum Sacrae tunc Rituum Congregationis die quarto decimo mensis Martii anno 1924 exiit, quod est suppletum die tertio decimo mensis Februarii anno 1942. Causa autem est penes Apostolicam Sedem introducta die tricesimo mensis Martii anno 1931 ; die duodevicesimo mensis Novembris eodem anno datum est Decretum « de non cultu ». A die quinto decimo Iunii anno 1932 ad diem quartum et vicesimum Iunii anno 1935 habitae sunt sessiones Processus Apostolici super virtutibus in specie.

Edito, die undevicesimo mensis Iuii anno 1939, Decreto de omnium processuum validitate iuridica, perventum est ad disceptationem de Servi Dei virtutibus in specie, et primum quidem, die 26 Martii a. 1946, in Congregatione, quam vocabant, antepraeparatoria; deinde, die 28 Februarii a. 1956, in Congregatione praeparatoria, cuius attento exitu, Pius Papa XII, die 13 Maii eodem anno, edixit ne ad ulteriora procederetur, donec ulterior inquisitio haberetur circa quaestiones quasdam vitam eiusdem Servi Dei spectantes. Cuius rei intuitu instructus est apud archiepiscopalem Curiam Parisiensem, mense Ianuario a. 1962, permittente Ioanne Papa XXIII, processiculus apostolicus additionalis; et ita «Alia nova Positio super virtutibus» confecta est, quae disceptationi subicienda erat in nova praeparatoria Congregatione. Mutato interim discutiendi ordine ob novum ius inductum in Causas Sanctorum, novissima Positio super virtutibus praefati Servi Dei disceptata est in duobus novis coetibus, nempe in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum S. Congregationis pro Causis Sanctorum Patrumque Consultorum, die quidem 23 Februarii a. 1982 habito, et postea in Congregatione Patrum Cardinalium Ordinaria, die 8 Februarii anno 1983 celebrata, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Petro Paulo Philippe. In utroque autem coetu ad propositum dubium num Servus Dei christianas virtutes heroicum in modum exercuisset responsum est affirmative.

Quae omnia postmodum Summo Pontifici Ioanni Paulo II infra scriptus Cardinalis die 21 mensis Martii a. 1983 fideliter rettulit; et Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit iussitque ut Decretum super virtutibus heroicis Servi Dei rite appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Rev.mo Petro Paulo Philippe, ponente seu relatore Causae, meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Stephani Pernet, sacerdotis Congregationis Augustinianorum ab Assumptione, fundatoris Instituti Parvularum Sororum ab Assumptione.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii, Anno Domini 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

VICTORIEN, SEU CONCHEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Dominici Iturrate Zubero a Ss.mo Sacramento, Sacerdotis professi Ordinis Ss.mae Trinitatis.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilem Dominicum Iturrate Zubero a Ss.mo Sacramento, die 11 mensis Maii anno 1901 in Vasconico oppido *Dima,* intra Victoriensis tunc dioeceseos, nunc Flaviobrigensis fines sito, natus, et Deo in sortem suam vocanti obsecutus, Ordinem Ss.mae Trinitatis amplexatus est. Studiis dedit operam philosophicis et theologi-

eis apud Gregorianam Pontificiam Universitatem, doctoralem anno 1926 lauream adeptus, sacerdotio Christi anno 1925 iam ornatus. In gravem atque insanabilem phtisis morbum incidens, sanctitatis fama circumdatus, obdormivit in Domino die 7 Aprilis anno 1927, nondum vicesimum sextum aetatis suae annum assecutus. Ipsum virtutes christianas exercuisse heroum in modum Ioannes Paulus II, servatis de iure servandis, die 11 mensis Octobris a. 1980 declaravit.

Ex tunc Causae actores properarunt Apostolicae Sedi acta exhibere processualia iampridem instructa super duabus sanationibus divinitus patratis eodem Venerabili Servo Dei deprecatore. Quarum sanationum altera tantum felicem obtinuit exitum in disceptationibus tum peritorum medicorum, tum theologorum consultorum. Agitur nempe de mira sanatione matrisfamiliae Aurorae Fernández Lucas, ruriculae, ineunte mense Octobri anno 1945, quinquagesimum aetatis suae annum agentis, et quidem ab infarcto colonis dexteri in statu cangraenoso, cum peritonitide.

Quam sanationem praeter naturae leges et vires accidisse testes oculares et periti in medica arte statim asseruerunt.

Hinc instructus est anno 1961 super eadem sanatione processus apostolica auctoritate in Curia archiepiscopali Valentina, in Hispania; de cuius processus iuridica forma et validitate Decretum exiit die 25 mensis Iunii anno 1981. Consilium autem Medicum huius Sacrae Congregationis, praehabitis duobus votis affirmativis Peritorum ex officio deputatorum, in coetu diei 18 Iunii anno 1982, eandem sanationem praeter naturae vires contigisse declaravit.

Super eadem mira sanatione est deinde disceptatum in Congressu, qui vocatur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 11 Ianuarii anno hoc 1983 habito; deinde, die 1 Martii eodem anno, in Congregatione Patrum Cardinalium Ordinaria, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Mario Ciappi. Facta est denique, die 21 iisdem mense et anno, per subscriptum Cardinalem Praefectum, relatio Summo Pontifici Ioanni Paulo II ; et Sanctitas Sua, suffragia Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, atque attenta solida signorum fama rite probata, mandavit ut Decretum super praefata mira sanatione conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis ad se hodierno die cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis Sacrae Congregationis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater

declaravit: *Constare de uno miraculo, intercedente Venerabili Servo Dei Dominico Iturrate Zubero a Ss.mo Sacramentóla Deo patrato, nimirum de instantánea, perfecta constantique sanatione dominae Aurorae Fernández Lucas db infardo colonis deuteri in statu cangraenoso, cum peritonitide.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii, Anno Iubilaeo 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. 93 S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

MONACEN ET FRISINGrEN.

Canonizationis Servi Dei Ruperti Mayer, Sacerdotis professi Societatis Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Est ((tempus tacendi, et tempus loquendi» *(Eccle* 3, 7). Haec verba Ecclesiastis succincte describere possunt vitam Patris Ruperti Mayer, sacerdotis e Societate Iesu, qui merito Apostolus Monacensis nuncupatur. Multa quidem ad Regnum Dei propagandum et dilatandum hic Dei Servus et fecit et locutus est. Tacere quoque didicit et coactus tacuit, sive cum Superiores dioecesani silentium ei imposuerunt persecutione nationalsocialista grassante, sive deinceps cum vel in carcerem est detrusus, vel in campo concentrationis detentus, vel in exsilium tandem et in severissimam seclusionem relegatus.

Rupertus Mayer natus est die 23 Ianuarii a. 1876 in urbe *Stuttgart* in Germania, ex piis parentibus Ruperto et Aemilia Wehrle qui optimam religiosam et humanam educationem numerosae proli praebuerunt. Iam in iuveni aetate Rupertus sacerdotibus sacris operantibus

cotidie ministrare consuevit, computabaturque inter diligentiores scholae alumnos, quin eo ipso minus emineret in ludis gymnicis et in arte fiduculae exercenda.

Examine maturitatis classicae superabunde superato, Rupertus statim in Societatem Iesu ingredi voluisset, sed fuit voluntati patris obtemperandum : is enim, id suadentibus nonnullis sacerdotibus, institit ut prius dioecesi nativae Rottenburgensi incardinaretur et in eadem saltem pro aliquo temporis spatio ministerio sacerdotali incumberet. Consuetudinem igitur secutus tunc temporis in Germania vigentem, Rupertus studiis ecclesiasticis vacavit primum in variis Universitatibus, in Friburgensi in Helvetia, in Monacensi, in Tubingensi. Anno autem 1898 in Seminarium Maius Rottenburgense receptus est ibique die 2 Maii a. 1899 sacerdotio auctus.

Nominatus deinde curio minor in oppido *Spaichinger,* curae pastorali se dedit modo tam eximio ut eius memoria ad nostra usque tempora ibi in honore particulari habeatur. Cum autem clarius in dies vocari se ad Societatem Iesu perciperet, obtenta Episcopi venia et parentibus ex animo assentientibus, die 1 Octobris a. 1900 novitiatum coepit in *Feldkirch-Tusis;* quo emenso tria simplicia sed perpetua paupertatis, castitatis et oboedientiae vota die 2 Octobris a. 1902 emisit.

Expleta dein consueta institutione spirituali et scientifica Pater Mayer ab a. 1906 ad a. 1912 destinatus est tradendis missionibus popularibus in variis Germaniae partibus, unde sibi magnam comparavit experientiam novarum condicionum ex rapida industrialisatione et urbanisatione profitentium. Bene ergo praeparatus erat ad difficile munus ei a. 1912 ab archiepiscopo Monacensi commissum, scilicet ut in se assumeret curam spiritualem immigrantium qui undique ad metropolim Bavariae conveniebat. Cui apostolatui quo efficacius provideret, Pater Mayer partes quoque activas habuit in fundatione Congregationis Sororum a Sacra Familia, cui usque ad finem vitae a spiritualibus consiliis fuit.

Tempore primi belli mundialis Servus Dei suscepit munus curionis militaris et, uti constat ex declarationibus plurimorum testium ocularium, et perseveravit inaudita fortitudine et audacia militibus vulneratis subveniens, et morientibus cuiusvis nationis sacramenta aliaque subsidia spiritualia dispensare sategit. Talis autem erat eius zelus, talisque spiritus deditionis et sacrificii, ut vel Imperator Villelmus II, Ecclesiae catholicae haud favens et Societati Iesu hostilis,,

Patrem Rupertum Mayer insigniverit alta decoratione crucis ferreae primae classis quae nulli curioni militari exinde ab a. 1870 concessa fuerat.

Sed iam sacrificium alius generis Servum Dei exspectabat: die 30 Decembris a. 1916, cum in valle Sulta, in Romania, ad primam aciem properaret, tam grave vulnus accepit ut amputationem sinistri cruris subire debuerit. In patriam tandem redux a mense Novembri a. 1917 in urbe Monacensi resumere potuit munus suum, quod tamen, post armorum Germanicorum cladem, ingentes labores et aerumnas secum ferebat. Dira enim miseria tam spiritualis quam materialis quae in Germania bellum secuta est, non poterat non generosum sacerdotem impellere ut se pro innumeris personis quae eius auxilium implorabant impenderet et superimpenderet. Simul autem, cum signa temporis perlucide intellegeret, Servus Dei totis viribus, etiam in comitiis publicis, dimicavit non solum contra communistas sed etiam contra nascentem factionem nationalsocialistarum, quorum conceptiones inde ab initio palam et passim declaravit cum religione christiana incompatibiles.

Qua in re Servus Dei peculiari modo se dedicavit formationi religiosae et spirituali virorum et adulescentium Monacensis Congregationis Marialis Virorum, cuius Praeses die 28 Novembris a. 1921 ab archiepiscopo Monacensi nominatus erat. Ope praesertim doctrinae et exempli Famuli Dei, viri qui crescente semper numero huic Congregationi Mariali nomen dabant, etiam tempore persecutionis nationalsocialistae Ecclesiae Christi semper fuerunt fideles et permagna merita sibi conquisiverunt.

Nil mirum proinde est si nationalsocialistae odio contra Dei Servum ferverent et eum persequi inciperent statim ac potestatem publicam, qua a. 1933 potiti erant, consolidaverant. In his circumstantiis non defuerunt viri qui iudicarent nunc tempus esse tacendi. Intrepidus vero Dei Servus, qui periculum mortis millies tempore belli susceperat, rectius censuit nunc esse tempus loquendi. Et locutus quidem est, quasi tuba exaltans vocem suam, instans opportune importune atque iura Dei et Ecclesiae defendens. Nec voluit oboedire iniustae dispositioni tyranni imperantis ne in ecclesiis loqueretur. Apprehensus proinde et in carcerem detrusus, mox die 23 Iulii a. 1937 a Tribunali Speciali Monacensi ad captivitatem sex mensium condemnatus est. Poena nihilominus suspensa fuit ea condicione ut in posterum ab omni sermone publico etiam in ecclesiis abstineret.

Cum vero huiusmodi iniunctio evidenter laederet iura Ecclesiae, solleminter definita in Concordatu a. 1933 inter Sanctam Sedem et Gubernium Germaniae facto, Servus Dei noluit sponte cedere, sed silentium ei impositum est a Curia archiepiscopali Monacensi quae non abs ratione complicationes valde graves timebat. Motus ergo spiritu fidei, oboedientae et humilitatis. Dei Servus perfecte oboedivit legitimae auctoritati ecclesiasticae. Sed res plane mutari visae sunt cum quidam hierarcha nationalsocialista publice declararet « sacerdotes statim ad silentium redigi vix ac claves campi concentrationis vel leviter agi taren tur». His auditis, cum formali assensu archiepiscopi Monacensis et de mandato sui Praepositi Provincialis in virtute sanctae oboedientiae dato, Servus Dei libentissime in ecclesia praedicavit. Quo factum est ut die 5 Ianuarii a. 1938 in carcerem oppidi *Landsberg* relegaretur ut ibidem poenam iudicialem lueret. Novum ergo tempus tacendi incoepit, quod etiam post eius liberationem perduravit, quia competentes auctoritates ecclesiasticae ita malebant. Haec autem tempora coacti silentii publici nullatenus Servum Dei impediebant quominus privatis colloquiis et instructionibus vacaret, ministerio confessionum sacramentalium incumbens aliisque activitatibus sacerdotalibus et caritativis cuiusvis generis in favorem pauperum et oppressorum susceptis.

Ineunte secundo bello mundiali, et quidem die 3 Novembris a. 1939, Pater Rupertus Mayer iterum apprehensus est, immo sine ulla iudiciali sententia deportatus in campum concentrationis *Sachsenhausen* propre *Oranienburg*, ubi usque ad diem 5 Augusti anni sequentis permansit. Hoc tempore condiciones corporales Servi Dei tam pessimae erant ut nationalsocialistae timerent ne apud sese moriretur et martyr fidei proinde reputaretur. Propterea eum clam ad abbatiam Ettalensem deportaverunt et vetuerunt ne, paucis tantummodo personis exceptis, ullum commercium cum christifidelibus haberet. Cum competens auctoritas ecclesiastica haec omnia, inconsulto Dei Servo acceptavisset, hic oboedire debuit neque aliud eligere nisi ut totum se orationi, mortificationi et studio dederet. Quamvis monachi S. Benedicti Patrem Rupertum Mayer maxima cum caritate tractarent, hoc tempus silentii, quod usque ad finem belli proctractum est, gravissimum constituit sacrificium quod Deus a suo Servo petivit et quod sine dubio eius eximiam virtutem ad summum usque verticem perduxit.

Die 11 Maii a. 1945 Monachium reversus, Pater Rupertus Mayer, qui iam potuit nisu sublevare indicibilem egestatem incolarum Mo-

nachii, urbis ab incursionibus aeréis fere destructas Sed heroicus sacerdos Christi et exemplaris Iesuita viribus fractus erat et die 3 Octobris a. 1945 muneribus suis renuntiavit. In sollemnitate vero Omnium Sanctorum eiusdem anni ultimum loquendi et tacendi tempus pro eo tandem advenit. Nam vix inter Missarum sollemnia praedicationem incoeperat cum, iterato verbo «Dominus... Dominus...» ictu apoplectico correptus, repente conticuit. Nec multo post, infirmorum sacramento munitus, transivit ad Dominum suum, cui, fidelis servus et prudens, usque in finem serviverat.

Fama sanctitatis qua Servus Dei iure meritoque iam dudum gavisus erat, statim post eius mortem modo extraordinario sese manifestavit et annis sequentibus crevit ratione quae exceptionalis et fere singularis dicenda est. Iam in ipsis sollemnibus exsequiis et in tumulatione quae in coemeterio Collegii Pullacensis Societatis Iesu locum habuit, permagna fuit adstantium multitudo. Haud obstante difficili accessu ad praedictum locum sepulturae, permulti fideles se illuc certatim contulerunt ut coram exuviis Famuli Dei orarent et eius intercessionem invocarent. Tandem, restaurata crypta ecclesiae Congregationis Marialis Virorum apud *Bürgersaal,* exuviae Patris Ruperti Mayer huc translatae sunt dum ingens multitudo fidelium in hac caeremonia participabat. Ex tunc cotidie varia milia personarum cuiusvis condicionis et aetatis sepulcrum Servi Dei visitant et ibi devotas orationes fundunt. Cunctis autem persuasum est has preces habere particularem efficacitatem, sicut constat ex innumerabilibus gratiarum relationibus quae sedulo collectae sunt. Quae omnia sane demonstrant fideles qui Servum Dei vivum cum magna fiducia in omnibus suis necessitatibus adibant, nunc adhuc magis in eius protectione et auxilio confidere.

Ne igitur mirum censeatur si sexto ab eius morte anno Processus Informativus in Curia Monacensi celebratus est; immo decreto super scriptis die 19 Februarii a. 1956 edito, et reliquis de iure peractis, Summus Pontifex Ioannes XXIII die 20 Iulii a. 1960, tempore Congressus Mundialis Eucharistici Monachii habiti, Causam Patris Ruperti Mayer introduxit.

Apostolicus Processus in Curia Monacensi instructus est aa. 1962-.1964; agnita autem est validitas omnium processuum die 28 Maii a. 1971. Instante Rev.do Patre Paulo Molinari, Societatis Iesu Postulatore Generali, disceptationes super heroicitate virtutum Servi Dei mox secutae sunt : habitus est Congressus Peculiaris Oonsulto-

rum Theologorum die 15 Iunii a. 1982; Congregatio vero Ordinaria Patrum Cardinalium celebrata est die 8 Februarii a. 1983, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Francisco Carpino.

De his omnibus certior factus die 21 Martii a. 1983 eiusdem anni Ioannes Paulus II responsum Sacrae Congregationis heroicitati virtutum Servi Dei favens, ratum habuit mandavitque ut eadem super re Decretum rite appararetur.

Quod cum esset factum, hodierna die ad Se arcessivit Cardinales infrascriptum Praefectum et Franciscum Carpino, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretis, necnon ceteros de more convocandos, iisque adstantibus edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de virtutibus cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ruperti Mayer, sacerdotis professi Societatis Iesu, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die *lá* Maii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ©S.

& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

V

ROMANA SEU CRACOVIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Ursulae Ledóchowska, Fundatricis Congregationis Sororum Ursulinarum Ss. Cordis Iesu Agonizantis.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Religiosorum plurimi ita vitae suae consecrationem vivunt ut libenter ceteris hominibus ministri fiant; vocatione enim divina praediti huiusmodi apostolatui atque officio indesinenter addicuntur ut,

servitia omne genus offerendo iis hominibus quos Deus ipsa obviam eis miserit, divinum verbum eisdem annuntient atque ita eos ad fidem perducant. Proinde tota eorum vita religiosa spiritu apostolico imbuitur, tota vero actio apostolica religioso spiritu informatur (cf. Conc. Vat. II, *Perfectae caritatis,* 8).

«Eiusmodi gratia — ut verbis quae Summus Pontifex Paulus VI religiosis apostolicis direxit, utamur — familiarem cum Deo consuetudinem postulat qua fulti nuntium Verbi Incarnati prodere possitis, sermone quidem usi, quem homines intellegere queant. Quantopere ergo necesse est, ut tota vita vestra consortes vos reddat eius passionum, mortis et gloriae! (cf. *Phil* 3, 10-11).

Quodsi vocatione vestra ad alias partes in hominum servitio obeundas adducimini — cuius modi sunt vita pastoralis, sacrae missiones, institutio scholastica, caritatis opera hisque similia — nonne ardor animi, quo Deo adhaereatis, et munera fecunda imprimis efficiet ac quidem pro ratione huius cum Deo coniunctionis, quae fit *in abscondito?* (cf. *Mt* 6, 6). Si Concilii doctrinam fideliter cupimus servare, nonne *cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem qua ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi Redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet?* (cf. *Perfectae caritatis,* 5) » *(Evangelica Testificatio,* 9-10).

Haec Summi Pontificis exhortatio apte describit vitam Servae Dei Ursulae Ledóchowska, Fundatricis Congregationis Religiosae, quae sub titulo ((Ursulinarum SS.mi Cordis Iesu Agonizantis » ab Ecclesia approbata est. Praesertim vero verba supra citata spiritum huius Famulae Dei in luce ponunt quae, divino charismate, plurima pro Regno Dei incepta suscepit. Etenim tum immanis eius labor in vinea Domini, tum capacitas sese quam diversissimis apostolatus necessitatibus adaptandi, ex intima et profunda eius uinone cum Christo pro salute hominum patiente profluebant; unde vere exemplar exstare potest religiosis apostolicis nostri temporis.

Orta die 17 Aprilis anno 1865 in *Loosdorf* (Austria), Serva Dei, quae in saeculo Iulia Maria nuncupata erat, crevit in sinu familiae non solum nobilissimis exornatae virtutibus sed Ecclesiae eiusque actionibus inconcusse deditae.

Divinae obtemperans vocationi, Ursula vitam suam totaliter in Dei servitium pro salute hominum offerre voluit. Quod laeto animo

fecit anno 21 aetatis suae claustrum Sororum Ursulinarum Cracoviae ingredienda, ibique viginti annos exemplari modo degendo.

Dein Monasterii Cracoviensis electa moderatrix, vitae regulari ac christianae institutioni novam dedit formam, consentaneam quidem S. Angelae Merici spiritui et moribus, sed proximorum saluti magis respondentem.

Ideo pro puellis studia universitaria procul a familiis suis aggredientibus primum in Polonia aperuit convictum universitarium a religiosis sororibus rectum; optimosque delegit theologos, qui sibi in puellis excolendis opitularentur earum eruditionem cum doctrina fidei altius perspecta temperando.

Paucos post annos, Summi Pontificis S. Pii X desiderio satisfactura, Petroburgum se contulit, alium convictum pro puellis catholicis ibi rectura.

Septem annis, etsi diffidentiae, inimicitiae, vexationes obstabant, Famula Dei serena perrexit officium educandi et apostolicum laborem ratione etiam oecumenica inter Protestantes in Finnia, continenter animosa et fiducia plena ; namque Deo duce nitebatur.

Nec immerito omnia illi possibilia videbantur. Sine mora ac dubio, absque ullis saepe opibus materialibus, soli Dei Providentiae fidens, nullum non aggrediebatur opus, quod ipsa necessarium vel utile esse iudicaret. Quoties de bono animarum agebatur, nulla exsistebat quaestio nationalis, characteris vel originis hominum. Ille enim putabatur frater, qui momentanee auxilio indigebat, eique quodvis subsidium tribuebatur simpliciter, tranquille ac laetanter. Serva Dei Ursula Ledóchowska modo fere naturali et spontaneo et ipsa per sese operosam reddebat S. Pauli sententiam, et Sororibus idem faciendum demandabat: ((Omnia pro omnibus fieri» (cf. *1 Cor* 9, 22), ut omnes Christo lucrifaciamus, Eiusque Cordis amori adiungamus.

Rerum novarum bene conscia — tunc bellum saeviebat — Summo Pontifici Benedicto XV oboedire conata est, hortanti omnes homines bonae voluntatis ut dolentium sortem, prout quisque posset, levarent. Linguas didicit illarum gentium, pluries se laboriosis itineribus commisit per totam paeninsulam Scandinavam multasque habuit allocutiones et multa suscitavit consilia auxiliis ferendis. In hoc caritatis opere, quod una cum aliis diversarum religionum asseclis gessit, fidem catholicam testificata est et suum alieni boni summum amorem.

Conflagratione mundiali anno 1918 finita, Serva Dei conata est ut sua Domus Petroburgensis, quae vigore specialium facultatum

Summi Pontificis Pii X tamquam monasterium sui iuris exstiterat, cum incipiente Unione Monasteriorum S. Ursulae in Polonia iure coniungeretur. Sed in cassum.

Proinde Ursula Ledóchowska, Dei beneplacita adhuc ignorans sed docili animo eius motiones sequens, consilio virorum sapientia eminentium semper obtento, fundamenta novae Ursulinarum Congregationis iacere incepit et dein, variis impedimentis heroice superatis, eam approbandam curavit.

Ipse Summus Pontifex Pius XI, qui munere Nuntii Apostolici in Polonia fungens Servam Dei bene noverat eiusque incepta pro Regno Dei proprio adiutorio sustinuerat, primam approbationem Constitutionum Congregationis anno 1923 benigne et libenter concessit. Quam definitiva approbatio, mandante eodem Pontifice, cito subsecuta est anno 1930.

Apte titulus nascentis Congregationis selectus fuerat : « Sorores Ursulinae Ss.mi Cordis Iesu Agonizantis)). Ipse enim clare et aperte ostendit spiritum quo sodales familiae religiosae secundum voluntatem Fundatricis imbutae esse debent. Necessarium enim robur ad labores apostolicos perficiendos in condicionibus haud raro difiicillimis, praesertim penes maxime egentium ac miserorum classes, ex corde Redemptoris profluere tantum potest, necnon et ex virtute Christi agonizantis amoris qui Eum in cruce impulit alta voce dicere ((Sitio ».

Simul autem e primitiva mente Sanctae Angelae Merici solita haurire, Fundatrix perspexit quae sua essent : ut profecto cum communitate sua pauperibus et egenis maxime indigentibus serviret.

Serva Dei Ursula, pro qua valet dictum Paulinum « caritas Christi urget nos», eodem amore Christi et hominum sodales suae Con^ gregationis repletas esse volebat : sicut pro seipsa sic etiam suis Filiabus persuasit nullum laborem esse unquam arduum praedicandum* nullam difficultatem supra modum ingentem, nullum sacrificium valde grave, si de auxilio proximis praestando agitur. Hoc spiritu evangelico imbuta, Serva Dei magnopere concupivit in corda suarum Filiarum profundissime inicere ideam «caritatis servitii», ex amore Cordis Iesu profluentis.

Uti exemplar huiusmodi dispositionis proposuit suis Sanctissimam Dei Matrem, cuius verba : « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum» Congregationis ab ea fundatae veluti tesseram voluit.

Sicut et Mariae Virginis ab ipsa ardenter dilectae, ita et Servae Dei gaudium ex adimpletione divinae voluntatis promanans, huius-

que voluntatis sedula exquisitio, eaque cognita, sincera dilectio, virtus erat commovens totius eius activitatis.

Huius autem quam plurimae fuere manifestationes : silentio praeteriri non potest labor catechisticus quem magno in gradu extendere profundioremque ac idoneum reddere curavit, stabiliendo illum solide in fundamento Motus, quem vocant, Cruciatae Eucharisticae.

Illa sola primo curam spiritualem iuventutis scholarum superiorum, iam anno 1904, Cracoviae, deinceps post primum bellum — Vilnae, Posnaniae, Varsaviae — suscepit Sororibusque ut pupillam oculi cunctae activitatis Congregationis tractandam proposuit, idque nunc feliciter continuatur.

Illa tandem cum vera laetitia, etsi viribus invalida, properabat ad paupérrimos, magna ex parte cura religiosa destitutos, vicos orientalium Poloniae dioecesium, Luceoriensis et Pinskensis, ibique cum religiosa etiam Polonorum culturam disseminatura.

Nec silentio praeterire licet exemplum a Serva Dei nobis datum novi styli in agendo cum alienae confessionis vel religionis sodalibus : merito considerari potest Ursula Ledóchowska antesignana motus oecumenici, quippe quae in Russia commorans, licentiam peteret, ut sacellum suum domesticum etiam orientalibus patefieret, cum eis festa devotionesque celebraturis idoneus locus defuerit. Item in Finnia ianuas Domus religiosae confluenti protestantico populo large aperiebat, communes praeterea instituendo collationes pro eximiis personis, repraesentantibus dissitas factiones, non solum religiosas vel intellectuales, sed etiam politicas.

Si vitam Servae Dei ipsiusque personalem spiritum uno verbo comprehendere et exprimere volumus, sequens dictum quod in labiis Ursulae frequenter recurrebat approximare videtur realitati : « Ardesce in orationibus usque ad comburendum, laboribus tabesce, quoadusque consummaberis ».

Tali amoris ardore consumpta, peregrinationem suam in terris explevit Romae, ubi die 29 Maii anni 1939 animam Deo reddidit subridenti vultu, sicut iam antea constanter in vita sua gaudio vere christiano responsum beneplacitis Dei praebuerat.

Sanctitatis fama, qua vivens Dei Famula inclaruerat, in dies percrebrescente eaque supernis signis confirmata, factum est ut causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis institueretur. Post igitur Processus ordinaria auctoritate in Curiis Romana, Cracoviensi et Vivariensi annis 1947-1957 instructos, decreta de scriptis

eidem Servae Dei tributis annis 1966 et 1981 edita sunt et Causa apud Sanctam Sedem introducta est die 15 Octobris a. 1981, concessa dispensatione a celebrando Processu Apostolico super virtutibus in specie. Edito decreto de omnium Processuum iuridica forma et validitate die 10 Decembris a. 1982, de Servae Dei virtutibus Romae agi coeptum est, instante Rev.do P. Paulo Molinari, S. I., Causae Postulatore legitime constituto. Post Congressum peculiarem Consultorum Theologorum die 18 Ianuarii a. 1983 habitum, celebratus est Coetus Ordinarius Patrum Cardinalium die 29 Martii eiusdem anni, in quo, Rev.mo Card. Ladislao Rubin ponente seu relatore, dubio num Serva Dei christianas virtutes heroum in modum coluisset affirmative est responsum.

De hisce omnibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II certior factus die 14 Maii a. 1983, ut decretum super heroicis virtutibus rite appararetur, mandavit.

Hac itaque die ad Se adscitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Ladislao Rubin, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis, aliisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Ursulae Ledóchowska, Fundatricis Congregationis Sororum Ss.mi Cordis Iesu Agonizantis.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 14 Maii A. D. 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VI

LEODIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Eugeniae Joubert, Congregationis Sororum a S. Familia Ss. Cordis Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Praeclarus christianae traditionis testis, S. Gregorius "Nazianzenus cecinit: ((O Virgo, sponsa Christi, glorifica tuum sponsum semper. Expurga teipsam doctrina et sapientia ... angelicam in terra vitam sectata » *(Pocmata moralia,* 3). Illi consonat Chrysostomus virgines hortatus ut propter Christum « amatorem quovis homine ardentiorem » *(In Mt,* hom. 9) omnia relinquant; et Augustinus ita : « . . . Toto corde amate speciosum forma prae filiis hominum ... inspicite pulchritudinem amatoris vestri» *(De sancta virginitate,* 54 s.).

Virgines igitur quae, teste Basilio Ancyrano, amore et contemplatione Deo similiores fiunt *(De virginitate,* 2), doctrina et sapientia debent ornari ad propagationem regni Dei in terris, quod praestatur praesertim per catecheticam institutionem; haec vero, ut ait Conc. Vat. II, «fidem illuminat et roborat, vitam secundum spiritum Christi nutrit, ad mysterii liturgici consciam et actuosam participationem conducit» *(Graviss. Educ,* 3). Per eam profecto christiana virginitas, «signum et stimulus caritatis», fit etiam «quidam peculiaris fons spiritualis fecunditatis in mundo» *(Lumen Gentium,* 42).

Ea certe omnia, et alia multa, Serva Dei Eugenia Joubert, soror e S. Familia S. Cordis Iesu, vita sua profert in lucem; namque contemplationis fructus, carptos ex illo corde «in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae», efficaciter communicavit, praesertim cum pauperibus et tenuioribus, iuxta monitum eiusdem Conc. Vat. II (cfr. *Christus Dominus,* 13).

En eius vitae praecipua tempora et res gestae.

Die 11 Februarii a. 1876, anniversaria manifestationis B. M. V. Lapurdi et coronationis eiusdem simulacri auctoritate Pii PP. IX fac-

tae, in loco *Yssingeaux,* in finibus Aniciensis (v. *Le Puy-en-Velay)* dioeceseos, Dei Famula nata est. Ortus eius, nocturno quodam arcano campanarum concentu, domi tantum resonante, nuntiatus est, quem mater eius ita est interpretata: « Mea filióla sancta fiet ». Familia Servae Dei satis erat prospera. Pater ei fuit Petrus Joubert, vinearum possessor et cultor; mater vero Antonia Maria Celle; honesti probique coniuges. Eadem die nativitatis baptizata est et nominata Maria Antonia Ioanna Eugenia.

Ab infantia a matre didicit large egenis subvenire et omnimodo proximos adiuvare atque pie religioseque sentire. Vix quinquennis religiosis Ursulinis in montano asperoque oppido *Monistrol* instituenda tradita est (aa. 1881-1887), dein vero sororibus a S. Ioseph nativi loci (aa. 1888-1889) ac demum ephebeo a Nostra Domina Anicii *(Le Puy-en-Velay,* aa. 1889-1892), unde ad domum rediit paternam, magistra renuntiata. Fuit ibi etiam praeses ((Filiarum Mariae».

In *Monistrol* primum est S. Eucharistia refecta (anno 1887) et postea s. chrismate inuncta (anno 1888).

Ubique inter condiscipulas studiis praestitit; litterarum elegantiarum haud expers, in religione pietateque «extraordinaria», indole festiva laetaque, sociasque risu, colloquiis ludisque ad bonum confirmabat et moderabatur; adversa fortiter patienterque tolerabat; optima quaeque aggrediebatur; simplex, serena, innocens alliciebat; facile veniam dabat; aequales generose adiuvabat; evangelicam commodorum despicientiam, sensuum custodiam, humilitatem coram Deo et hominibus, modestum nitorem, in Eucharistiam et B. V. M. pietatem studiosissime colebat; catholicam doctrinam penitus perdiscébat et, quod tunc in consuetudine nequaquam erat, quotidie, aut fere, ad mensam dominicam accedebat et Crucifixi imaginem ad pectus portabat.

Domum reversa, quasi altera mater existimabatur in familia regenda; in egenis, etiam se privando, subveniendo, paroeciae operam praestando, catecheseos apostola, omnibus exemplo a curione dicta, suisque deliciae et spiritualis stimulus. Sanctuarium N. D. Paenitentium pie frequentabat; eius vero rosarii recitatio erat velut eloquens sermo ad amorem erga B. V. fovendum.

Interim suae vocationis cognoscendae causa, consilia capiebat, preces assiduas Deo adhibebat; denique religiosam vitam exoptans, proco recusato, firmiter statuit se totam Iesu dedere, eius flagrans amore. Plures quidem religiosas regulas satis noverat, at mota spiritu con-

templationis et expiationis, catecheseos apostolatu, sancta austeritate et amore in Cordis Iesu Sanctam Familiam, a. 1895 ingressa est hanc novam congregationem. Postulatum et novitiatum, nomine sibi electo Maria Caecilia, magno spiritus ardore in domibus Anicii et S. Dionysii ad Sequanam (aa. 1895-1897) confecit. Religiosa vota hic nuncupavit (a. 1897). Adhuc novitia, ipsis provectioribus sodalibus admirationi erat et stimulo ad perfectionem consequendam ; condiscipulas amabiliter monebat exemploque omnibus praeibat, invicto animo infirmions naturae et hostis pugnas superando.

Iunior professa, pluribus in domibus congregationis, studiis liturgiae et latinae linguae, atque tradendae pueris catechesi addicta est, quam mirabili et iucunda arfe docebat, rebelles, rudes, improbos quoque discipulos domans et illuminans, vel et convertens in parvulos apostolos doctrinae. Superna videbatur praedita virtute, quam per B. M. V. haurire videbatur, non sine causa in Aula Synodi «catechismum vivum appellatam », « catechistarum matrem et magistram » *(Catechesi tradendae,* in *AAS,* a. LXXI [1979], p. 1340), admirandos effectus obtinendos ; at eius opera catechetica propter nimium laborem quasi martyrium dicta est. Interea religiosae domui curas impigre impendebat, quarum ne humillimas quidem et laboriosissimas umquam renuit, constanter regulari observantiae obsequens, austeritate sancta ornata, quae in meditatione et precibus redundabat.

Fide mysteria divina penetrabat, quibus parvulos quasi caelesti pane alebat. Fide et caritate iugiter mente et corde Deo adhaerebat, SS. Trinitatis hospitium facta. Sanctos et sancta maxima colebat veneratione, imprimis vero B. V., quam colloquiis et precibus et virtutum imitatione et peregrinationibus ad eius sanctuaria honorabat. Hinc factum est ut Lauretanam domum visitans quasi in exstatim rapta visa sit.

Eo perfectius habebatur eius virtutum exercitium, quo simplicius et humilius de se sentiebat, ut ex eius verbis et actibus patebat manifesto.

Profecto initium et progressio eius sanctitatis via fuit quae infantiae evangelicae dicitur, non, equidem, infantiae insciae et immaturae, sed quam Christus Dominus et magister docet, quamque psalmus 130 praemonuit : « Sicut parvulus in gremio matris suae ... ». Quae via est innocentiae, fiduciae paternae Dei providentiae et amoris, B. Virginis materni auxilii, humilitatis, sui nihil consciae, spei per gratiam audacis, obsequii in Dei voluntatem; via prorsus tuta ad per-

fectionem, caelestibus contemplationis donis et «verbis interioribus» firmata.

Ea praesertim tunc eluxit, cum Dei Famula, nimiis catecheseos fatigationibus fracta, morbo coepit tentari. Quo progrediente, percarum catecheseos apostolatum et cotidiana communitatis exercitia omittere, conventus mutare, curas perferre molestas est coacta, quae omnia a Dèi consilio aequo laetoque animo accepit, seipsam vincens, ut solebat, ut se devoveret in Dei gloriam et animarum salutem, praesertim per Sacri Cordis institutum obtinendas. Oneri communitati tunc non fuit, sed potius consolationi, propter iucundam suam conversationem : sodales enim recreabat, sueta dicere «multum amo cruciatus pro S. Corde». Inter diutini morbi cruciatus, quos interdum acerbissimos ipsa fateri debuit, cruci constanter haerebat, sacrificii Agni immaculati memor.

Initio morbi, ad vires recuperandas communitati Leodiensi adiuncta est ad breve tempus (Iul.-Sept. a. 1902), at cum convalescere videretur S. Dionysium est revera atque dein ad Romanam condendam domum est missa (a. 1903), unde tamen, morbo ingravescente, Leodium est régressa (a. 1904). Ibi vero, curis nil proficientibus, die 2 Iulii a. 1904, brevem vitae cursum, qua praedixerat die, consummavit, « explens tempora multa», imagines Mariae et Iesu infantium manibus comprimens, sacramentis pientissime receptis, in obedientia, humilitate, lenitate, fortitudine, pietate praeclara, monendi venia a superiorissa, sua sorore germana Maria, impetrata.

Quamvis extra conventum parum esset ibi nota Dei Famula, statim ad eius sepulcrum in coemeterio urbis Leodii fidelium turbae gratias petiturae vel pro donis obtentis, immo et miraculis, gratias acturae, accurrere consueverunt, quod etiam factum est cum Dei Famulae corpus inde in domum suam religiosam translatum est (a. 1936), atque hinc, cum religiosa communitate, Dinantium ad Mosam (a. 1948).

Cito processus pro eius beatificatione erant inchoandi ; quin quidem, anno 1914 exardescente bello prohibiti, quando omnia parata erant, statim ac fieri potuit sunt instructi, ordinarius Leodien, (aa. 1919-1933) cum rogatorialibus Parisien, (aa. 1921-1922), Romano (aa. 1923-1924), Anicien. (i. e. *Le Puy,* aa. 1923-1924).

Edito vero introductionis causae decreto (die 1 Iunii a. 1938), post Decretum super scriptis Dei Servae, die 28 Aprilis a. 1936 datum, et plurimorum epistolas postulatorias, vel Zitae imperatricis et Belgii regis Leopoldi, ad S. Sedem missas, apostolici processus sunt instructi

super virtutibus et super quibusdam assertis miraculis in specie. Processuum vero validitas approbata est per decretum diei 18 Aprilis a. 1953.

Die autem 1 Decembris a. 1982 de heroicitate virtutum Servae Dei est in congressu peculiari S. O. pro Causis Sanctorum disceptatum ac denique in ordinaria congregatione Em.morum Patrum cardinalium, ponente seu relatore Em.mo card. Petro Philippe, die 12 Aprilis anni huius.

Super his omnibus certior factus, die 14 mensis Maii hoc anno, per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, responsum Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut decretum super heroicis virtutibus Servae Dei appararetur.

Quod cum factum esset, Sanctitas Sua, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto et Petro Philippe ponente seu relatore, meque a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus pronunciavit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis Servae Dei Eugeniae Joubert, in gradu heroico, m casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Eomae, die 9 Iunii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VII

SABINEN, **SEU** RIPANA

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Ioannis a Spiritu Sancto, Sacerdotis professi Congregationis Passionis Iesu Christi.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Adimpleo ea quae desunt Passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia» *{Col* 1, 24). Hoc Apostoli propositum imitati sunt per saecula ii, qui Christum passum studiosius sequi statuerunt, ardore moti compatiendi, quo expeditius ad culmina ducti sunt sanctitatis.

Iam olim Pontifex et Doctor S. Leo Magnus, dimidio fere saeculo v iure censuit sibi licere exclamare : <(O admirabilis potentia crucis ! o ineffabilis gloria Passionis!... Quia crux tua omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum : per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte » *(Sermo VIII de Passione, PL* 54, 341).

In numero eorum qui dolorum Christi divitiis plene sunt usi eorumque sua voluntate facti sunt participes, sane est Servus Dei Ioannes a Spiritu Sancto, iuvenis sacerdos Congregationis Passionis, qui ab exeunte saeculo xix ad primos vixit huius saeculi annos.

Natus est Servus Dei in parva urbe S. Benedicto ad Truentum, in finibus posita dioecesis Ripanae, die 8 mensis Augusti anno 1882, et postridie in paroeciali ecclesia S. Benedicto Martyri dicata est baptizatus et nominibus appellatus Iacobo Aloisio. Parentes eius fuerunt coniuges Iosephus Bruni et Maria Antonia Marconi, qui, christiano spiritu imbuti et alacriter in suum laborem incumbentes, hic fabri ferrarii, illa textricis, libenter a Deo novem acceperunt filios, quorum Servus Dei fuit octavus. Confirmationis recepto sacramento tres annos natus ad ludum est missus parvorum puerorum, cui Filiae a Caritate praeerant, quae admiratae sunt et prudenter germina virtutum excoluerunt a Servo Dei domi suae ostensa.

Dum ludos publicos frequentavit, non communis ingenii se praebuit et constantis diligentiae, musicae vero et artis delineandi praecipue studiosum. Indole alacer et hilaris non dedignabatur cum aequalibus ludere, promptus tamen ecclesiae assiduitatem et sua discipuli munia anteferre.

Cum esset septem fere annorum incepit crebro peccata confiteri, sed primum ad cenam Dominicam est admissus sub duodecimum aetatis annum ex eorum temporum more. Non parum ei ad maturitatem spiritus et mentis consequendam profuit familiaritas quae ei fuit cum rigido canonico Petro Panfili, qui eius intellegentiae et morum dotes facile intellexit, hasque cum manifesto coluit profectu et est acri prudentia expertus. Hinc Servus Dei opportunitatem habuit altari inserviendi, veritates per catechesim cognitas altius perscrutandi, quas aequales docebat, sanctis vacandi lectionibus et vitarum sanctorum ac missionum causae ardore flagrandi. Tredecim annos natus is erat, ut magister praefiniretur pueris se maioribus natu in scholis vespertinis, ubi auctoritatem apud eos sibi comparavit, quos hac de causa facilius poterat ad ecclesiam ducere ut peccata sua conficerentur atque coetibus Piae Unionis a S. Aloisio interessent.

Non est mirum si puer ita bene moratus vehementius in dies animadvertebat se ad vitam sacerdotalem et religiosam vocari et tacitus optabat martyrium oppetendum pro fide in terris missionum. Lecta conscripta vita S. Pauli a Cruce atque S. Gabrielis a Virgine Perdolente (cuius Causa tunc agebatur) et percommode ei obvio se dato missionario passionista, puer sequi statuit austeram Congregationis Passionis disciplinam. Familiae difficultatibus victis, mense Iulio anno 1896 ingressus est Scholam Apostolicam Arcis Papalis. Cum autem totus in virtutum exercitium et in studium insisteret, meruit ut ante statutum tempus ad novitiatum mitteretur. Die 21 mensis Iunii anno 1897 in recessu S. Eutitii prope jSurianum in Cimino monte, intra fines dioecesis Civitatis Castellanae, est veste Passionistar um donatus et novo nomine appellatus Ioannes a Spiritu Sancto.

Eius magister, sacerdotes communitatis atque eius sodales novitiatus, commoti mirati sunt quo modo Servus Dei in rebus ad animum pertinentibus proficeret omni cura incumbens ad imitandos sanctos iuvenes, quos sibi exemplo proposuerat, et religionem Congregationis Passionis penitus comprehendere nitens. Expleta aetate praescripta, die 10 mensis Augusti a. 1898 in recessu pagi *Moricone* dicti, in Sabina siti, est vota religiosa professus, voto addito Congre-

gationis proprio, seu « promovendi pro viribus devotionem Dominicae Passionis ».

Postquam est in diversis Congregationis suae domibus commoratus ut philosopbiae et theologiae studerei, cum Romae habitaret in recessu Curiae Generalis SS. Ioannis et Pauli in Caelio monte, moderatore Congregationis Venerabili Bernardo M. Silvestrelli a Iesu (cui is carissimus fuit), mense Septembri anno 1903 ad subdiaconatum est admissus. Cum ad sacerdotium appropinquaret, omnes virtutes et studium exercens, primis diebus mensis Iulii anno 1904 violenta phthisi correptus apparuit, qui morbus spes adimebat valetudinis recuperandae. Ad alios missus recessus, si quas spes esset salubris mutationis, in sanctuario Beatae Mariae Virginis a Stella apud Perusiam diaconus est factus et mox, venia pontificia concessa, concurrente quinquaqesimo anniversario die definitionis dogmatis Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, pridie Nonas Décembres anno 1904, paulo plus viginti duos annos natus ordinationem sacerdotalem accepit solacii plenus et laetitiae. Ex eucharistico sacrificio, quod cotidie ferventer obtulit donec ei vires suppetiverunt, Servus Dei virtutem hausit ad conscendendum extremum sui Cal varii tractum, vere « Christo confixus cruci » (cfr. *Gal* 2, 19).

Cum, sede mutatus, demigrasset ad domum religiosam S. Marcelli prope Aesim, primis mensis Octobris diebus anno 1905 de natali Piceno ei postremum decedendum fuit ut se in Sabinam ad recessum pagi *Moricone conferret.*

Die quinto mensis Octobris ultimam suam Missam incepit; sed post *Kyrie* debuit aequo animo vestimenta sacerdotalia exuere ut cubitum deduceretur. Duobus mensibus, quibus lectulo est affixus, Servus Dei quiete et fortiter vixit, se cotidie alendo eucharistico Pane usque ad ultimum diem, hocque modo se praeparavit ut obvius Deo fieret.

Aliquot ante dies quam mortem obiret, suae mentis compos, Superiorem hortatus ut sibi sacramenti effectus commemoraret, Oleum Infirmorum accepit, indeque est et animo et corpore levatus. Eius patientia et tranquillitas exemplo fuerunt non soli communitati religiosae, verum etiam ipsi parocho loci ipsique curanti. Optato denique eius Deus respondit, ut de hoc mundo discederet intra octavam Immaculatae Conceptionis. Quod quidem factum est : namque die 12 mensis Decembris a. 1905 vesperi Servus Dei, cum esset annorum viginti trium et quattuor mensium, placide ad Deum abiit.

Brevis et aequabilis Servi Dei vita ostendit exemplum virtutum quas maiores in dies ardore et diligentia sine intermissione heroum modo exercuit. Iam a puero assidue conatus est se cum Deo coniungere, pietate erga SS. Eucharistiam adiutus et miseratione Iesu Crucifixi; spe stabilis institit in persuasione bonorum aeternorum, et officia explevit professionis religiosae tum etiam, cum maxime praecoci et gravi morbo excruciabatur; ardenti caritate constanter se Deo obtulit, eius voluntatem laete exsecutus, et proximis per usum cotidianum vitae communis, tamquam viae perfectionis et «maximae paenitentiae», perque apostolicum studium nuntiandi fratribus indigentibus crucem Christi.

Virtutes cardinales et morales Servi Dei enituerunt in perfecta et fideli observantia Regulae Sancti Pauli a Cruce, quae tunc integra erat et a recentibus remissionibus longe aberat, sincerum sanctitatis documentum multis iis Congregationis Passionis filiis, quos Ecclesia heroas virtutum fuisse declaravit aut iam in sanctorum numerum rettulit.

Servi Dei vita virtutesque eos admonent, qui sunt Deo consecrati, ut perfecte faciant ea, quae Concilium Vaticanum II commonefacit: « Religiosi omnes fidei integritate, caritate erga Deum et proximum, *amore crucis necnon spe futurae gloriae.* Christi bonum nuntium in toto mundo diffundant, *ut testimonium eorum ab omnibus conspiciatur))* (Decretum *Perfectae Caritatis,* 25). Item sanctuarii alumni cognoscere poterunt Servum Dei ad exitum perduxisse alia Concilii verba proposita: « Peculiari sollicitudine in sacerdotali oboedientia, in pauperis vitae ratione et in sui abnegandi spiritu ita alumni excolantur, ut etiam ea quae licita sunt, sed non expediunt, prompte abdicare et *Christo crucifixo se conformare assuescant » (Optatam totius,* 9),

Fama sanctitatis Servi Dei post eius mortem increbruit etiam ob multas narratas gratias, et probabiliter vera, miracula eo impetrante a fidelibus obtenta.

Annis 1930-1932 instructus est Processus Ordinarius in Curiis dioecesanis Ripana, Grossetana, Tudertina et Aesina, in quibus multi testes qui bene eum cognoverant pro testimonio dixerunt. Edito Decreto super scriptis Kalendis Iuniis anno 1938, Causa est introducta Decreto die 11 mensis Maii dato anno 1945. Processus Apostolicus actus est in eadem Curia Ripana et in Curia de Ponta Grossa (in Brasilia) atque in Curia Sabinensi annis 1947-1948. Decretum de validitate omnium Processuum exiit postridie Idus Iunias anno 1957. Confecta

interim Positione super virtutibus die 9 mensis Novembris anno 1982 convenit Congressus Peculiaris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo Consultores theologi et Promotor Fidei suffragia tulerunt de heroicitate virtutum Servi Dei. Die 29 mensis Martii anno 1983 coi vit Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium, in qua, Rev.mus Cardinalis Marius Aloisius Ciappi, Ponens seu Relator huius Causae, dubium posuit disceptandum num Servus Dei virtutes théologales et cardinales eisque adnexas heroum in modum coluisset. Et Rev.mi Patres Cardinales, qui aderant, proposito dubio affirmativum protulerunt suffragium.

Facta deinde de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem die 14 Maii eodem anno 1983 relatione, Sanctitas Sua, ut Decretum super heroicis virtutibus Servi Dei rite appararetur mandavit.

Hoc tandem die, ad se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Secretario Sacrae Congregationis ceterisque de more con vocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis a Spiritu Sancto, sacerdotis professi Congregationis Passionis Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Iunii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ffi S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VIII
ROMANA

Canonizationis Ven. Servae Dei Ursulae Ledochowska, Fundatricis Sororum Ursulinarum a Ss. Corde Iesu Agonizantis.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Dei Famula Ursula Ledóchowska, magnanima mente et alacri actione, se catechesi tradendae in scholis publicis et apostolico labori dedidit, catechistas et educatrices laicas praeparavit. Sorores Instituti a se conditi docuit operam suam duram in spiritu orationis ac paenitentiae exsequi cum persona Christi Salvatoris mundi coniunctam. Ortum ipsa ex nobili ac piissima prosapia duxerat die 17 mensis Aprilis anno 1865 atque sanctitatis fama circumdata vita iuncta est Romae, die 29 mensis Maii anno 1939. Heroicas virtutes eamdem coluisse Ioannes Paulus II die 14 mensis Maii anno 1983 edixit. Ut autem apparandae Positioni, quae vocatur, super miraculis pro beatificatione Servae Dei operam dare valerent, antequam absoluta esset disceptatio super virtutibus, sollertes Causae actores facultatem die 15 Octobris anni 1981 rite impetrarunt. Quapropter confectam eiusmodi Positionem iidem Apostolicae Sedi exhibuerunt ad cognoscendas duas miras sanationes quae, interveniente eadem Dei Famula, divinitus patratae dicebantur.

Quarum prior respicit carpentarium Ioannem Kolodziejski, undequinquagesimum aetatis annum agentem, qui, interposito ad Dei Famulam recursu, nocte, qua dies 26 et 27 mensis Maii a. 1946 inter se iungebantur, sanus est repertus a vulnere lacero-contuso faciei posterioris brachii sinistri, cum fractura ulnae gravibusque laesionibus ischaemicis texturae interioris brachii.

Altera mira sanatio obtigit Magdalenae Pawlak (in religione Mariae Danuta), quae a pancitopenia cum diathesi haemorrhagica thrombocitopenica inter dies 9 et 14 mensis Februarii anno 1946 omnino convaluit.

In utroque autem praedicto morbo edito fuit a peritis in arte medica prognosis infausta sive quoad valetudinem sive quoad vitam.

Super his duabus sanationibus processus apostolicae Sedis auctoritate apud Curiam archiepiscopalem Cracoviensem sunt instructi,

et quidem super priore a die 27 Septembris a. 1971 usque ad diem 17 Februarii a. 1972, cuius iuridica validitas agnita est ab hac Sacra Congregatione die 29 mensis Octobris a. 1982; super altera vero sanatione processus est adornatus a die 16 Aprilis a. 1973 ad diem 26 Februarii a. 1974, de cuius iuridica forma et vi decretum exiit die 29 Octobris anno 1982. Postmodum huius Sacrae Congregationis medicum collegium, die 7 mensis Aprilis a. 1983 coadunatum, de utriusque sanationis indole, perfectione et constantia pro sua competentia de more disceptavit.

Quibus peractis, tota quaestio iudicio theologico Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum fuit subiecta. Atque ideo de praedictis sanationibus, ad iuris normam, discussum est prius, die 17 mensis Maii volventis anni 1983, in Peculiari Congressu Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; deinde, die 7 Iulii eodem anno, in Congregatione Patrum Cardinalium Ordinaria in Palatio Apostolico Vaticano coacta, Rev.mo Cardinali Vladislao Rubin ponente seu relatore. In utroque autem Coetu responsum fuit affirmativum, agi videlicet de vero atque efficaci Omnipotentis Dei interventu precibus et meritis Venerabilis Ursulae Ledóchowska.

De praefatis omnibus demum facta per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione Summo Pontifici Ioanni Paulo II, Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut Decretum super iisdem miris sanationibus rite paratum coram Se legeretur.

Quod quidem hodierno die est factum, cum, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Vladislao Rubin, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis aliisque convocari solitis, eisque astantibus, sollemniter edixit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Ursula Ledóchowska intercedente, a Deo patratis, scilicet: instantánea, perfectaque et constanti sanatione tum domini Ioannis Kolodziejski a vulnere lacero-contuso faciei posterioris brachii sinistri, cum ulnae fractura gravibusque laesionibus ischaemicis texturae interioris brachii; tum Magdalenae Pawlak (in religione Mariae Danuta) a pancitopenia cum diathesi haemorrhagica thrombocitopenica.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Iunii, Anno Iubilaeo 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IX

BARCINONEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Dorotheae Chopitea Vid. Serra, matris familias Unionis Cooperatorum Salesianorum sodalis.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40). «Qui enim diligit proximum, legem implevit» *(Rom* 13, 8).

In his qui hanc exercuerunt divinam caritatem, perfectionem atque absolutionem legis, enituit in historia Ecclesiae saeculo xix in urbe Barcinone (in Hispania) Famula Dei Dorothea de Chopitea vidua Serra, mater familias, sodalis insignis Consociationis Cooperatorum Salesianorum Sancti Ioannis Bosco; namque ad litteram explicavit verba Evangelii : « Esurivi, et dedistis mihi manducare ; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me» *(Mt* 25, 35-36).

Famula Dei Dorothea Chopitea vidua Serra nata est die 5 mensis Iunii anno 1816 Sancti Iacobi in Chile familia magnis opibus praedita et vere christiana. Anno 1819, cum ea esset tres annos nata, ob rerum mutationes secutas certamina pro libertate recuperanda suscepta, eius familia se contulit in Hispaniam et Barcinone sedem et domicilium constituit. Infantiam et adolescentiam degit domi cum suis, elucens animi docilitate, humilitate, simplicitate, studio pietatis et exercitatione operum caritatis. Consentientibus parentibus et confessario hortante quem sibi delegerat tredecim annos nata et deinde per totam vitam est secuta, sedecim annorum nupsit negotiatori Iosepho Mariae Serra, quocum quinquaginta vixit annos quemque adeo dilectione, auxilio et consiliis sustinuit, ut is se fortunatum existimaret, quod sanctam haberet coniugem. Ipsa sex filiabus se dedidit, quibus Deus his coniugibus favit, ad mores et religionem informandis. Licet officia

erga maritum, familiam et domesticos expleret, non tamen impediebatur, quominus subsicivis temporibus in apostolatum et in opera caritatis incumberet, factis anticipans quae monet Concilium Vaticanum II : « Vocatio christiana, natura sua, vocatio quoque est ad apostolatum ... Cum vero laicorum statui hoc sit proprium ut in medio mundi negotiorumque saecularium vitam degant, ipsi a Deo vocantur ut, spiritu christiano ferventes, fermenti instar in mundo apostolatum suum exerceant» *(Apostolicam Actuositatem,* n. 2). Haec principia et hoc propositum Famula Dei ad effectum adduxit per quinquaginta matrimonii annos et magis etiam per novem viduitatis.

Nubilis, uxor, vidua, nulla fuit reprehensione digna quod ad virtutes pertinebat. Fecundissima eius apostolica navitas ex vita interiore originem trahebat et fontibus alebatur SS. Eucharistiae atque magna et ardenti pietate erga SS. Virginem Mariam. Ita insuper se gerebat, ut domum suam in domesticam ecclesiam converteret pro verbis Concilii Vaticani II *(Lumen Gentium,* n. 11).

Cursu quodam confecto exercitiorum spiritualium, sibi proposuit ut tempus negotiis vacuum poneret in adiuvandis et consolandis pauperibus, in bono animorum et corporum proximi persequendo. ((Post officia status mei » — scripsit — « pauperes principem locum obtinebunt)) ; et fidelis in hoc proposito permansit.

